This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Bavar.
2863 a/1,1

Digitized by Google

valentinus
Wiennnger
aus Land

<36634594430019

<36634594430019

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

IVS CIVILE PRIVATVM

SCRIPSIT

AC

DETERMINATIONES

IVRIS BOICI

ADDIDIT

ADAMVS WEISHAVPT

IVRIVM DOCTOR EORVNDEMQVE IN ALMA CATHOLICA AC ELECTORALI VNIVERSITATE ANGLIPOLITANA PROFESSOR EXTRAORDINARIVS.

TOMVS I.

INGOLSTADII,

SVMPTIBVS ANTONII ATTENKHOVER

BIBLIOPEGI ACADEMICI

1773.

Digitized by Google

Bayerische
Staat Bibliothek
München

Digitized by Google

Von Gottes Gnaden Maximilian Joseph in Ob- und Niederbaiern, auch der obern Pfalz Herzog, Pfalzgraf bey Rhein, des H. Röm. Reichs Erztruchses, und Churfürst, Landgraf zu Leichtenberg ꝛc. ꝛc.

Unsern Gruß zuvor, Hochgelehrter, Lieber, Getreuer! Demnach wir bey unserm nachgesetzten Bücher Censur Collegio das von dir gehorsamst eingesendete, und wieder zurückgehende Jus civile privatum gewöhnlicher massen prüffen lassen, und sich dabey geäußert, daß nicht nur dein Buch nichts in sich führet, so gegen die Religion, den Staat, und gute Sitten anstosset, sondern auch über dieß dir Ehre machet; als haben wir dir ein solches unverhalten lassen, und die mitgehende Approbation, die du deinem Werke unausbleiblich vorzusetzen hast, zuschließen wollen. Sign. München den 28. Junius 1771.

Wilhelm. Wodiczka Secr.

Digitized by Google

Digitized by Google

AEVITATI AC MEMORIÆ
ILLUSTRISSIMI AC EXCELLENTISSIMI
DOMINI, DOMINI
JOSEPHI FRANCISCI
S. R. I. COMITIS
A
SEINSHEIM
DOMINI IN SÜNCHING, WENG, MOSWENG, SEEHAUSEN, HOHENROTTENHEIM, ERLACH, MARCKBREIT, PREZFELD, WANBACH, GRAFENTRAUBACH, GRASSLFING, HOFFKIRCHEN, ET SCHONACH &c.
ELECTORALIS BAVARICI S. GEORGII
ORDINIS EQUESTRIS
MAGNI COMMENDATORIS
REGNANTIS ET GLORIOSISS. MEMORIÆ CÆSAREARUM MAJESTATUM, NEC NON SERENISS. AC POTENTISS. ELECTORIS BAVARIÆ &c. CONSILIARII INTIMI ACTUALIS, RESP. CAMERARII ET CONFERENTIARUM MINISTRI,
MAJORIS DOMUS
UNIVERSITATIS ANGELOPOLITANÆ
PROTECTORIS
ARCHISATRAPÆ IN SCHONGAU
SUPREMI DUCATUS FRANCIÆ ORIENTALIS
CAMERARII HÆREDITARII

Digitized by Google

VIRI. SUMMI. ATQUE. INCOMPARABILIS
QUI.
QUUM. IPSUS
EX. SCHWARZENBURGENSIUM. GENTE
SERENISSIMA
EUNDEM. HABERET. SANGUINEM
ATQUE
FRATRE. CLUERET. REVERENDISSIMO

FRANCIÆ. ORIENTALIS
DUCE

CUM. QUO
GLORIÆ. AC. VIRTUTIS
DUUMVIRATUM. GERERET
MAJORUM. FAMÆ. NON. ADQUIESCIT
SED
GENTIS. ILLUSTRISSIMÆ. HONORES
PRISCOS. VINCERE. CONTENDIT
IPSE. MAJORIBUS. SUIS. DECUS. MAJUS
FUTURUS
DUM
QUANTUM. AMICITIA. ATQUE. GRATIA
APUD. PRINCIPES. POTESSET
LITTERATORUM. HONORIBUS
EXPERIATUR.

HUIC
TALIS. AC. TANTUS. QUUM. SIT
HOS. DE. CIVILI. JURISPRUDENTIA
CODICES. SUBASCIA. DEDICAT

ADAMUS WEISHAUPT
J. D.

Digitized by Google



ADAMUS WEISHAUPT
L. S.

Quod plerique omnes amant librorum vulgatores, & quorum cupientes maxume ſunt, vel famam, ac nummos ſibi parare, aut præteruntium digitis monſtrari, illud omne a me alienum puto, ut qui ad ſcribendum acceſſerim, propterea quod plurimum, iniquis quorumdam, qui ad rem domeſticam avidiores ſunt, criminationibus, exiſtimationi meæ deſit. Tentavi magis, aliorum animos mihi parare, atque in iisdem eam benevolentiam, ac manſuetudinem

Digitized by Google

nem excitare, quam mei tantopere ignorant, & quam ab iis frustra diu exspecto. Sunt enim, qui me, qui artes optumas conviciis suis impetant, atque lacessant, qui mihi ferventissimum, quo insimul in elegantiores litteras feror, studium exprobrent, atque adeo inde occasionem arripiant, omnem mihi Juris scientiam negandi, propterea quod ignorent, esse aliquam, eamque amicissimam musarum cum juris scientia conjunctionem. Eos, si quis precibus adhuc locus est, oro, atque obsecro, desinant artes humaniores, ac Philologiæ studium nugarum nomine complecti, atque mihi in agro Boico, in ipso Academiæ hujus sinu nato, atque educato auram patriam invidere. Si Grotii, Puffendorfii, Heinecchi authoritas, si pro artium optumarum complexu, ac patrocinio, viri in omni eruditionis genere versatissimi, atque Polyhistoris summi, Illustrissimi Leibnizii toto orbe pervulgata existimatio adeo exiguum prodest, si denique ista omnia longius illis petita videantur, volo ut domestico

Digitized by Google

Excellentissimi Ickstadii exemplo in ruborem agantur, quem nescio, utrum magis extollat solidissima illa, qua in legibus, atque jurisprudentia omni præstat scientia: an pulcerrima illa anima, quæ elegantioribus litteris in Galliis, Brittania, Batavia, ac Belgio imbuta, Matheseos postea, ac sanioris Philosophiæ principiis a magno suo, & orbis universi Magistro Ill. Wolffio efformata, rigidiorem illam, ac austeram Jurisprudentiæ frontem styli nitore, ac suavitate, Poetarum latinorum æque, ac græcorum gratiis felicissime temperavit.

Si cui hæc acrius videantur dicta, atque inclementius, ei cum Terentiano proloquio respondeo:

Sic existimet,
Responsum, non dictum esse, quum læsit prior.

— — — — — — — — — — —

Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur,
Quæ proferentur post, si perget lædere
Ita ut facere instituit.

Digitized by Google

Atque inde eſt lector amiciſſime, cur citius compaream, quam, aut ego vellem, aut vires meæ patiuntur. Si qua ergo hisce paginis ſe objiciant, quæ vel ſiniſtre dicta ſunt, vel præpoſtere, aut uberius dicenda fuerant, confido, veniæ locum fore, ſi quis hoc in animum cogitaverit, me hæc ſcripſiſſe, ætate, experientia, libris deſtitutum, difficillimo, ac laborioſiſſimo vitæ genere impeditum, ac iniquiſſimis inſuper fortunæ, atque invidiæ telis laceſſitum. Illud porro ſilere non poſſum, quod non ſine animi gratiſſimi commotione palam profiteri debeo; me inter tot, ac tantas inimicorum adverſum me molitiones, virum inveniſſe, qui licet nulla vel ſanguinis, vel alia neceſſitudine mihi conjunctus, nullo commodo domeſtico (neque enim a me ſperare quidquam poterat) ſed ſolo, quo litteras omnes complectitur, amore atque fervore adductus ſumtus, ad libri iſtius vulgationem ultro mihi obtulerit. Quo facto ſacrum illud

Digitized by Google

illud, cui præest officium, mirifice ornavit, insimul autem reliquis omnibus mansuetudinis veræ christianæ, atque purissimi erga litteras, & litteratos amoris exemplar exhibuit.

Sed vereor, ne hoc ipsum scutum, quod invidiæ, atque injuriis objicio, noviter telis petatur. Dicar enim in ipsis juventæ annis temere opus quoddam aggressus, arduum, diuturnum, cui humeri nostri non sufficerent, cujus, quum ab ipso jurisprudentiæ ortu hominum summorum ingenia ad hunc usque diem semper exercuisset, nullum jam sit dictum, quod non dictum sit prius curatius, nitidius, atque ad fora nostra adplicatius. Respondebo tamen, quantum in me est, ut hoc quoque telum declinetur.

Annis illis, quibus nupere ad jurisprudentiam animum adjeci, accidit, ut duo maxume fastidirem, quæ me vix non ab arctiori legum complexu prohiberent: Jurium illa diver-

Digitized by Google

verſitas, atque campus immenſus, inquo vires experirer, diverſarum inſuper legum conflictus, ac pugnæ graviſſimæ, plurimarum, denique vel omnino nullus, vel dubius ſaltem valor. Cui tum fidem haberem? ad quam partem mens dubia inclinaret? optavi ad manum libri eſſent, qui viam ſternerent. Contigit, ut haberem; legi: qui mihi ſatisfacerent, non inveni. In his doctrinæ anguſtiam, in illis dicendorum ubertatem, ac copiam criminabar. Illa famem vix explere, hæc amplius propinare, quam digererem. Si qua juſto volumine legum doctrinam complecti videbantur, in iis ordinem deſiderabam, in aliis authoritati magis, quam rationi tribui animadverteram. Faſtidiebam importunas in utraque pagina antiquitatum adlegationes. Maxume tamen me commovit præpoſtera Academicorum noſtrorum ſtudendi ratio, qui Academiam hanc noſtram ingreſſi, dum primo mox anno patrio juri dant operam, neſciunt, quid ſibi oneris imponant, dum nulla legum naturalium

Digitized by Google

lium notitia imbuti, Romana, Germana, Boica una hauriunt.

Huic malo ut mederer, quantum in me est, ad laborem hunc accessi, methodum sequutus, nescio, an dicam bonam, apparent enim hiatus multi, in quibus eam quam maxume desidero: rationi magis, quam authoritati largior, nisi ejus usum sanioris logices regulæ doceant: easdem sequutus, a determinantibus ad determinata progredior. Juris naturalis principia, quantum fieri potuit, viam sternunt, ostendo Romani juris determinationes, eidem jus Germanicum substituo, quum ejus valorem nullum deprehenderem; Denique omnes, quotquot inveni, Boici juris differentias adjicio. Erit inde, ut Academici, quorum jurium, atque legum diversitatem, atque pugnam fastidiebant, eorundem harmoniam complectantur. Quod dum mecum intendo, ne quis mihi vitio det, si ab antiquitatibus abstineo, nisi ubi ad rationes legum inveniendas faciunt: jus hodiernum enim scri-

Digitized by Google

ſcribo, non antiquum: academicis Tyronibus hæc ſcripta ſunt, non jurium doctoribus. Illi, ubi in Academiis, neceſſariis animum imbuerint, reliquis vitæ ſuæ annis id amplectentur, quod juris ſcientiam ornat quidem, atque extollit, a multis tamen tuto ignorari poteſt. Quod ſtylum attinet, ſponte fateor, in eo latini nihil, nihil nitoris, atque ſalis deprehendi, ſed barbara multa eſſe, minus latina omnia, quæ feſtinatio extorſit. Eadem manum a tabula removit, quum materiæ, quæ de Univerſitatibus in genere tractat, Univerſitatum quoque ſpecies addere pararem. Sancte tamen fidem do, evaneſcent hæc omnia, ſi contingat ſecundas curas operi imperfecto accedere.

Ultimum vereor, ne quis hiſtoriæ litterariæ ignorantiam mihi vitio vertat: quod ſi peccatum eſt, oſtentationis fuga peccatum eſt: admiſi vitium hoc, ut aliud turpius evitarem. Nolui more multis familiari, adlegationibus uti aliorum, nolui eorum

Digitized by Google

rum testimonio uti, qui visi mihi nunquam fuerunt. Optavi non raro, libros quosdam consulere, qui mihi deerant, quos tamen in aliorum manibus sciebam. Accessi, rogavi, ut inspiciendi copia esset, sed quorumdam humanitas me iisdem carere voluerat.

Atque hoc testimonio quum pagellas meas in orbem nunc statim profecturas firmaverim, eas a me dimitto, quam sortem habuerint, parum curo; certe illis pejus esse nequit, quam authori. Vale Lector! &, si Deus vitam, ac Principis mei gratia, vitæ genus tranquillum magis, atque otium dederit, quod reliquum est laboris, brevi a me exspecta.

Dabam ex Angelopoli VI. Calend. Jun.
Anno CIↃ IↃ CC LXXI.

CON-

Digitized by Google

CONSPECTUS
TOMI I.

I. Tractatio præliminaris.

II. Jurisprudentia ipsa, quæ duabus partibus absolvitur.

1) Theoria legum civilium. Hæ versantur

A. Circa personas, & statum hominum. L. I.

a) In genere. Sect. I. C. I.

b) In specie.

𝔄) Naturalem. C. II.

𝔅) Adventitium.

𝔞) Non socialem. Sect. II. quorsum pertinent

α) Homines integræ famæ. C. I.

β) Personæ liberæ, & servientes. C. II.

Digitized by Google

γ) Rustici. C. III.

δ) Nobiles. C. IV.

1) In genere. Membr. I.

2) Apanagiati. Membr. II.

3) Aviti. Membr. III.

4) Mediati, & immediati. Membr. IV.

5) Nobiles mere personales. Membr. V.

6) Bavarici. Memb. VI.

b) Socialem. Sect. III. ubi agitur

α) De societatibus in genere. C. I.

β) In specie.

1) De societatibus, quæ duobus tantum individuis constant, sicque

a) De societate paterna. Cap. II.

b) Matrimoniali. Cap. III.

c) Tutorum, ac pupillorum. C. IV.

2) Quæ pluribus, quam duobus

Digitized by Google

bus individuis constant, seu collegiis. Sect. IV.

3) Quæ pluribus familiis constant, seu universitatibus. Sect. V.

B. Circa res. L. II. & III.

2) Theoria praxeos civilis. L. IV.



CA-

Digitized by Google

I. Cur compilatum est Corpus iuris.

1. 1. immensa iuris romani moles.
2. infelix aliorum conatus.
vide Heinec. Recit. proe. p. 2.

II. Cuius auspiciis. et a quo.

1. iustiniani imperatoris auspiciis, et authore ~~Theophilo~~ Tribonianus. editus 529.

III ex quibus libris conflatum est, et constat.

1. codex iustinianeus 529
2. instit et Pandecto 533.
3 codex repetito polcit. 534.
4. novello, et authentico.
5. Libri feudorum auctore gerhardo nige. et obertus ab ~~otto~~ orto cons. mediolanenses. sec. XII. hugolinus uti additamentum novellarum addidit, qui postea unacum lege romana, recepti fuerunt.

IV. quonam horum authoritas valent quatenus recepto sunt leges. et 2 lex posterior derogat priori.

V. institutiones continent ius personarum, actionum et rerum.

Pandecto adhuc leges proscriptaes criminales. et politicae.

De iustitia

quid. est conformatio actionum externarum civilium cum lege civili.

quotuplex 3 plex. alia naturalis divina alia, alia humana.

cor. ius lex iustitia sint correllata.

De lege. et iure.

ius fumitur modo proprie, modo improprie.

1 proprie pro lege. pro complexu legum, pro iurisprudentia, et pro facultate morali aliquid agendi alterum obligandi ad aliquid agendum, omittendum. vel dandum quinofus.

2 improprie a. pro sententia.
b. pro loco iudicii

ius aliud est rationale, aliud reale.

de lege.

norma seu regula iusta obligatoria

Digitized by Google



CAPUT PROEMIALE DE JURE, ET DIVERSO EJUS SIGNIFICATU.

§. I.

Jus hoc loco ſumitur 1. Pro Lege. 2. Pro complexu legum. 3. Pro Jurisprudentia. *Legis* ſignificatus alius eſt *latior*, alius *ſtrictior*. Lex in ſenſu latiori eſt norma quævis obligatoria.

Digitized by Google

In ſenſu latiori ſub nomine legis continentur omnes ejus ſpecies v. g. leges conventionales, poſitivæ, & naturales.

§. 2.

Lex *in ſenſu ſtrictiori*, ſeu *poſitiva* eſt norma quævis obligatoria ſubditis ab Imperante data.

Prop. I. Legem fert Imperans, ſeu qui habet imperium civile in aliqua civitate.

Cor. 1. Pro univerſo Imperio legem dat Imperator cum Statibus.
2. Pro territoriis particularibus germaniæ Principes territoriales.
3. Non vero dicaſteria Principis juridica,
4. Neque etiam Landſaſſii in terris, quas poſſident, mediatis.
5. Neque Princeps appanagiatus.
6. Aut ille, qui caput alicujus familiæ eſt, fert leges in ſenſu ſupra memorato.

§. 3.

Prop. II. Lex datur ſubditis.

Subditus eſt, qui jurisdictioni alicujus territoriali eſt ſubjectus, qui

Digitized by Google

subditorum actionibus a Deo natura vel homine prescripta, seu promulgata.

cor. Ren debet esse iusta.

Cor. legem fert Deus natura, vel homo

cor. hinc dantur, leges divine uti dogmata. 2. leges naturae. absolute tales, et hypothetice. 3. humanae

a:/ vel seculares. b. vel ecclesiastice

1. seculares sunt a leges fundamentales
b:/ statice.
c:/ civiles ~~und~~ Recht, und Religions Sachen.

2. ecclesiastice disciplinares.
a:/ interpretative
b:/ positive
c:/ politice.

quid imperans. quid subditus

Digitized by Google

Digitized by Google

qui vel *temporarius*, ſeu *advena* eſt, vel *perpetuus*. Subditus perpetuus vel ratione ſuorum bonorum, vel ratione ſuæ perſonæ, vel ratione utriusque ſimul jurisdictioni alicujus pro perpetuo eſt ſubjectus;

Inde ſubditi perpetui vel *forenſes*, vel *incolæ*, vel *mixti* ſunt.

Cor. 1. Eatenus quis obligatur legibus alicujus territorii, quatenus eſt ejus ſubditus.
2. Advena obligatur legibus, quæ disponunt circa objectum naturaliter jam prohibitum, vel præceptum.
3. Advena obligatur legibus, quæ in advenas ſunt latæ.
4. Advena obligatur, ne agat contra leges territorii, in quo exiſtit, quibus cavetur damnum, quod æque per advenas quam cives oriri poteſt.
5. Advena tenetur legibus, quibus certa forma eſt præſcripta, quatenus inde commodum ſperat.
6. Subditus forenſis obligatur legibus, quæ feruntur in bona.
7. Subditus incola obligatur legibus, quæ feruntur in perſonas.
8. Subditus mixtus tam legibus, quæ feruntur in res, quam etiam reliquis tenetur, quatenus in ipſum quadrant.

Digitized by Google

§. 4.

PROP. III. Omnis lex involvit obligationem, quæ cognoſcitur ex verbis legum diſpoſitivis.

COR. 1. Conſilia non ſunt leges.
2. Neque etiam ſuaſiones legum.
3. Aut definitiones, & diviſiones legum.
4. Rubricæ doctrinales non ſunt leges.
5. Neque etiam legales, quæ ſenſum integrum grammaticum non efficiunt.

§. 5.

PROP. IV. Subditi obligantur ex lege (§. 4. & 3.) adeoque eidem obedire tenentur, ſeu quod idem eſt, rationem agendi ex lege deſumere debent, quod fieri non poteſt, niſi ſciant, quid in lege ſit contentum: quod quum in legibus poſitivis ex ſola ratione nequeant cognoſcere, neceſſe eſt, ut imperans efficiat, quo poſſint venire in notitiam legis. Actus per quem efficitur, ut ſubditi poſſint venire in notitiam legis, dicitur *promulgatio*: ſequitur ergo *legem poſitivam*

Digitized by Google

obedire quid?

quid promulgatio?

Digitized by Google

Digitized by Google

tivam non aliter obligare, quam si sit promulgata.

Cor. 1. Promulgatio est essentiale legis, sed consecutivum, non constitutivum.

2. Per promulgationem ignorantia legis fit vincibilis.

3. Facta promulgatione ignorantia legis neminem excusat.

4. Facta promulgatione lex statim obligat, nisi aliud tempus ab imperante sit determinatum.*

5. lex ad caussas præteritas trahi non potest, nisi 1) sit declaratio legis dubiæ prioris, aut 2) imperans expresse velit legem noviter latam esse trahendam ad caussas in judicio pendentes.

6. Qui audit de projecto legis, nondum inde obligatur.

7. Sufficit promulgationem legis factam esse in urbe principali, aut proclamatione, aut affixione ad valvas, aut editione legis publica in typis.

Scholion.* Non obstat rubrica novellæ 66. utpote quæ legalis non est, vel si etiam legalis foret, tantum de legibus testamentariis foret intelligenda.

§. 6.

Prop. V. Lex prout imperantis voluntate constituitur, ita etiam ejusdem voluntate rursus definit. Est autem voluntas imperantis vel ex-

Digitized by Google

expressa, vel tacita: inde lex vel *nova lege scripta contraria*, vel per *consuetudinem* contra eam introductam definit. Quod utrumque vel pro parte fit, vel in totum; hinc mutatio legis abit in *abrogationem* & *derogationem*.

SCHOLION I. Quomodo lex cesset per collisionem, infra dicemus.

SCHOLION II. Nota legem generalem abrogari per aliam generalem, non vero specialem per subsequentem generalem, nisi in ea expresse contineatur clausula omnium jurium anteriorum specialium cassatoria. *L.* 80. *ff. de Reg. Jur.* cum quo consentit *Jus Bav. P. I.* c. 1. *§.* 12.

§. 7.

Omnis lex constituitur voluntate imperantis (§. 2.) Est autem voluntas imperantis vel *expressa*, quæ ejusdem verbis declaratur, vel *tacita*, quæ ex ejus factis vel conniventia, & patientia concluditur: inde leges in duas abeunt species *scriptas* & *non scriptas*.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SCHOLION. Alius tamen ſenſus eſt legis ſcriptæ *in ſenſu grammatico*, qui a *ſenſu ejus juridico* probe eſt diſtinguendus.

§. 8.

Jus non ſcriptum diuturnis populi moribus introductum dicitur *conſuetudo*, quatenus conſideratur pro lege, vel jure.

SCHOLION. Conſuetudo differt a *traditione*, quæ eſt jus a majoribus conſtitutum, de cujus tamen verbis propriis non conſtat, niſi qnatenus oretenus, vel in ſcriptis ad nos fuit propagatum.

§. 9.

PROP. I. Conſuetudo neceſſario ſupponit conſenſum principis tacitum. Eſt autem conſenſus principis tacitus vel *legalis*, qui in lege continetur, vel *perſonalis*

COR. 1. Omnis conſuetudo ſua natura excludit conſenſum principis expreſſum.

2.

Digitized by Google

2. Si consensus principis legalis adest, personalis est superfluus.
3. Consensus principis legalis probari non debet.
4. Si deficiat consensus principis legalis, necessario requiritur personalis.
5. Qui probari debet.

Scholion I. Consensus principis legalis dicitur etiam *generalis*, quod omnes omnino consuetudines approbet, & *antecedens*, cum eas approbet, priusquam sint introductæ.

Scholion II. Contensus principis personalis dicitur etiam *specialis*, quia aliquam consuetudinem in specie tacite approbat, & *consequens*, quia primum consequitur consuetudinem jam introductam.

§. 10.

Prop. II. Consuetudo introducitur moribus populi: mores autem populi, per quos introducitur, debent esse tales, ut inde possit ad consensum principis tacitum concludi.

Cor. I. Actus isti debent esse *rationabiles* seu non debent repugnare legi naturali, divinæ, aut bonis moribus.
2. Isti debent sæpius poni, seu sint *frequens*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

quentes, ita tamen, ut numerus actuum quinam sufficiens sit, prudenti judicis arbitrio sit relinquendus. MÆV. *P.* 4. *D.* 3. *n.* 7. Sunt, qui duos sufficere credant, si plures haberi nequeant, & actus contrarius longo tempore non sit positus. LAUTERBACH *ad collig. Pand. L. I. tit.* 3. §. 36.

3. Actus isti debent esse *publici*, non *clandestine peracti*.

4. Non debent esse *contrarii*, seu interrupti: actus unicus contrarius vitiat totam consuetudinem.

5. Actus tamen *difformes*, seu non eodem semper modo peracti, si sint pauciores, non memorantur, & habentur pro non gestis BERGER *Oecon. Jur. L.* I. *tit.* 1. §. 19. *not.* 3.

6. Actus isti debent esse *spontanei*, propterea quod in actibus non spontaneis populi consensus non adsit.

7. *Diuturni*, hoc est certo tempore continuati, JURE BAV. consuetudo debet esse continuata per 30. annos, nisi per eam lex prior vel confirmetur, vel interpretanda sit. CODEX BAV. *P. I. Cap.* 2. §. 15. *n.* 3. Jus commune nullum tempus determinat, sed arbitrio judicis relinquitur, an intra istud tempus consensus principis tacitus potuerit adesse.

§. II.

PROP. III. Consuetudo est facti.

COR. 1. Consuetudo præsumi non potest, sed probari debet, nisi sit notoria.

Digitized by Google

2. In consuetudine ea probanda sunt quæ sunt facti.
3. Consensus principis personalis legali deficiente probari debet, probatur autem ex lapsu temporis.
4. Uti & frequentia actuum, & eorum diuturnitas.
5. Actus rationabiles, & non interruptos fuisse probari non debet.
6. Consuetudinis probatio in genere regulariter non sufficit; Exceptionem vide apud LEYSER *specim.* 9. *med.* 8. plura vero de probationibus vide apud MASCARD. *conclus.* 424. *& seq.*

§. 12.

PROP. IV. Consuetudo legitime probata habet omnes effectus legis.

COR. 1. Consuetudo jus novum introducit
2. Jus antiquum corrigit.
3. Jus dubium interpretatur.
4. Jus prius omnino tollit.
5. Effectus specialis, quem producit, est quod inde oriatur *conditio ex moribus.*
6. Iisdem modis desinit, ac lex scripta.

§. 13.

Consuetudo in diversas abit species 1) *ratione effectus.* 2) *ratione objecti.* 3) *ratione subjecti.*

Ra-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ratione effectus. Consuetudo vel *interpretativa* est, vel *correctiva*, vel *introductiva*.

Ratione objecti vel versatur circa actus judiciales, vel extrajudiciales: datur ergo consuetudo tum *judicialis*, tum *extrajudicialis*. Judicialis prout versatur vel circa actus, qui modum judicandi concernunt, vel scribendi in judicio, abit in *observantiam fori*, & *stilum curiæ*. Observantiam fori in pluribus foris conspicuam *praxin* dicunt.

Ratione Subjecti denique consuetudo vel *universalis* est, vel *particularis*, vel *localis*.

§. 14.

Leges voluntate principis expressa conditæ dicuntur leges scriptæ (§. 7.) quæ, si ad omnes omnino subditos ferantur, *edicta*, si ad quosdam tantum sint latæ, *constitutiones Principum* vocantur.

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLION. Alius conſtitutionum a principe latarum ſignificatus occurrit in jure Romano, ubi earum nomine continentur leges ab Imperatoribus cum excluſione Senatus latarum.

PROP. Conſtitutiones principum ex ſua natura nunquam ſunt veræ leges.

§. 15.

Conſtitutiones principum nunquam ex ſua natura ſunt veræ leges (§. 14. Prop.) fieri tamen poteſt, ut illis poteſtas omnes obligandi ſubditos conferatur, conſequenter ut leges proprie tales fiant: aliæ vero iſtarum conſtitutionum dantur, quæ in leges proprie tales mutari non poſſunt: inde conſtitutiones principum omnes quidem ſunt ſpeciales, quia ad aliquos tantum ſubditorum diriguntur, dividi tamen poſſunt in *conſtitutiones ſpeciales ſtricte tales*, & *minus ſtricte tales*.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 16.

Conſtitutiones minus ſtricte tales ad quosdam tantum ſubditos diriguntur (§. 14.) ita tamen, ut leges proprie tales fieri poſſint (§. 15.) quæ vel feruntur ad preces ſupplicantium in cauſſa controverſa, & dicuntur *decreta*, in quibus vel punctum principale, *decreta definitoria*, vel cauſſa incidens definitur, *decreta interlocutoria*, vel continent reſponſionem ad libellos precantium, *reſcripta*.

Prop. Decreta ſunt conſtitutiones ſpeſpeciales minus ſtricte tales.

Cor. 1. Decreta ex ſua natura nunquam ſunt leges veræ.

2. fieri tamen poſſunt veræ leges, ſi ferantur ab ipſo imperante, aut ſaltem eo præſente, quod fit, ſi a) omnibus promulgentur. b) contineant interpretationem juris prioris. c) aut collectioni jurium inſerantur. Oracul. Jurid. *Tom.* 4. *p.* 862.

3. Si vero ferantur a Judicibus, vel etiam dicaſteriis juridicis nunquam vim legis veræ obtinent, niſi per modum interpretationis Uſualis.

4.

Digitized by Google

4. Decreta ſolum jus faciunt inter partes.

SCHOLION I. Miror a DD. quibusdam Decretis, non definitoriis tantum, ſed etiam interlocutoriis, quæ a judicio, ſive dicaſteriis juridicis promanarunt, vim legis communis tribui, cum tamen omnes ultro fateantur dicaſteriis juridicis, etiam illis Imperii ſummis, poteſtatem legislatoriam concedi non poſſe.

SCHOLION II. In Bavaria *decreta* ſunt Mandata Principis non clauſa, & Sereniſſimi manu, ac ſubſcriptione notata.

§. 17.

Reſcripta continent reſponſionem imperantis ad libellos precantium (§. 16.) quæ vel dantur in cauſſis gratiæ, vel Juſtitiæ; inde dividuntur in *reſcripta gratiæ*, & *juſtitiæ*. Quumque præterea modus ſupplicandi, & perſonæ ſupplicantes variæ ſint, pro earum diverſitate reſcripta etiam diverſa ſortiuntur nomina. Sic Princeps reſpondet *per annotationem*, ſi privatorum li-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

libellis ſupplicibus ſententiam ſuam breviſſime ſubſcribit 2) *per epiſtolam* Magiſtratui conſultanti 3) *per pragmaticam ſanctionem* reſpondet toti cuidam communitati.

PROP. Reſcripta ſunt Conſtitutiones ſpeciales minus ſtricte tales.

COR. 1. Quæ de decretis §. 16. Cor. dicta ſunt, etiam ad reſcripta applicari debent.
2. Preces impetrantium debent niti veritate *L. fin. C. de Reſcript.* quæ clauſula de jure civili expreſſe inſerta eſſe debet; DE JURE CANONICO *C. 2. de reſcrip.* iis tacite ex ſua natura ineſt.
3, Si per falſa narrata, aut celationem veritatis absque cauſſæ cognitione fuerint impetrata, ſi ſint gratiæ ipſo jure non valent, ſi ſint juſtitiæ ipſis opponi poteſt exceptio ſub, & obreptionis. LAUTERBACH *Coll. Pand. L. L. I. tit.* 4. §. 10.
4. *Exceptio obreptionis* locum habet, ſi circumſtantiæ ad rem facientes in precibus fuerunt ſuppreſſæ, SUBREPTIONIS vero, ſi falſæ circumſtantiæ in precibus allegatæ imperantem ad reſcribendum commoverunt.
5. Reſcripta requirunt annotationem temporis *C, 9. de reſcrip. in 6. & per L. 4. de Div. reſcrip.*
6. Uti & ſubſcriptionem Principis, & ſigillum. *L. 3. L. 6. C. de Conſt, Princ.*

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLION I. Sub rescriptis Justitiæ certo modo continentur decreta, sub rescriptis vero gratiæ privilegia, si ad instantiam concedantur.

SCHOLION II. In Bavaria *rescriptum* est mandatum sigillo Principis clausum, a quo differt *signatura*, quæ est mandatum non clausum.

§. 18.

Dantur etiam constitutiones Principum speciales stricte tales (§. 15.) quæ sunt exemtiones a Jure communi.

PROP. I. Constitutiones speciales stricte tales nituntur in facto.

COR. Præsumi non possunt, sed probari debent.

PROP. II. Ad consequentiam non sunt trahendæ.

COR. Non patiuntur interpretationem extensivam.

PROP. III. Exemtio a Jure communi vel ita fit, ut quis sit obligatus reliquis non obligatis, *mandatum*, vel ut quis non sit obligatus manentibus reliquis obligatis, *privilegium in genere*.

§. 19.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 19.

Per privilegium in genere quis a jure communi ita eximitur, ut desinat esse obligatus reliquis adhuc obligatis (§. 18. Prop. 3.) jam vero vel eximitur totum quoddam hominum genus, vel persona singularis: prius dicitur *Beneficium juris*; hoc vel ad certum quoddam hominum genus est adstrictum, *beneficium juris speciale*, v. g. privilegia mulierum, Clericorum, vel non, *beneficium juris generale* v. g. beneficium restitutionis in integrum, inventarii.

Prop. I. Beneficium juris jam continetur in ipsa lege.

Cor. Beneficium juris probari non debet.

Prop. II. Differt a privilegio in genere.

§. 20.

Dantur etiam privilegia, quæ certæ tantum personæ conceduntur (§. 19.) vel quoad actus futuros, vel

Digitized by Google

quoad actus præteritos, quo ultimo significatu *aggratiatio* dicitur: si vero concedantur quoad actus futuros vel quis actus ejusdem generis semel tantum ponere potest, *dispensatio* vel sæpius, *privilegium in specie.cel.* HELLFELD *Jurisp. forens. &c. L. I. tit.* 4. §. 98.

PROP. Aggratiatio, dispensatio, & privilegium in specie sunt constitutiones speciales stricte tales.

COR. Quæ de constitutionibus specialibus stricte talibus §. 18. dicta fuerunt, etiam ad singulas species applicari debent.

§. 21.

Est ergo privilegium in specie exemtio personæ singularis a jure communi quoad actus futuros, ita ut actus ejusdem generis sæpius possit ponere.

PROP. Privilegium in specie differt a privilegio in genere. 2. a beneficio juris tam generali, quam speciali. 3. ab aggratiatione. 4. a dispensatione.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 22.

Per privilegium in ſpecie quis eximitur a jure communi (§. 21.) quod jus eximendi eſt jus majeſtaticum.

Cor. 1. Solus imperans habet jus dandi privilegia
2. Jus dandi privilegia pro univerſo imperio competit Imperatori vi reſervatorum.
3. Pro quovis territorio particulari privilegia dant Domini territoriales.

§. 23.

Privilegium reſpectu ejus, cui conceditur non eſt lex, ſed facultas in ejus favorem conceſſa: eſt tamen lex reſpectu reliquorum, quatenus iis obligationem imponit privilegiatum non turbandi in uſu privilegii.

Cor. 1. In iis, quæ ſunt juris communis, privilegio opus non eſt, ſed ex ſua natura requiritur, ut aliquid indulgeatur, quod jure communi non licet.
2. Privilegii conceſſio intuitu privilegiati non involvit ſubjectionem.
3. Privilegia etiam extraneis concedi poſſunt.

Digitized by Google

4. Possunt dari in omnibus caussis, quæ jurisdictioni concedentis sunt subjectæ.

§. 24.

Concessio privilegii a sola imperantis gratia dependet.

Cor. 1. Ab arbitrio Imperantis dependet, an unum, an vero plures a jure communi eximere velit.

2. Nisi Princeps pacto se obligaverit, privilegio uni concesso nondum est amissa facultas simile etiam alteri concedendi.

3. Privilegia ab imperante concedi possunt expresse vel ad instantiam, vel motu proprio, tacite vero privilegium etiam acquiri potest, si quis connivente Principe diuturno tempore jure quodam singulari usus est, quod tamen tempus immemoriale esse debet. Lauterbach *Coll. Pand. L. I. tit.* 4. §. 41. Si vero ab alio quam Principe acquiruntur, sufficit longum tempus. de Jur. Bav. regulariter requiruntur triginta anni Codex max. *P.* I. *C.* 2. §. 16. *n.* 2.

4. Ulterius privilegia acquiruntur a summo Imperante vel titulo oneroso, vel mediante pacto, *onerosa, conventionalia*, vel titulo lucrativo, *gratuita*,

a) Cum Princeps non censeatur jactare suas gratias, in dubio privilegium præsumitur onerosum.

b)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

b) Ad privilegia onerosa etiam illa, quæ intuitu meritorum sunt concessa, seu *remuneratoria* pertinent.

c) Privilegia onerosa a principe pro lubitu revocari non possunt.

d) Uti etiam gratuita, nisi sint ad nutum revocabilia,

5. A principis arbitrio dependet, an alicui velit gratiam facere pro semper, an vero ad certum tantummodo tempus; inde privilegia vel *perpetua* sunt, vel *temporaria*.

a) In dubio præsumitur privilegium esse perpetuum.

b) Privilegium temporale exspirat lapsu temporis.

6. Ab arbitrio principis dependet, an privileginm velit concedere sub certa conditione, an non: inde privilegium vel *purum* est, vel *conditionatum*.

a) In dubio omne privilegium est purum.

b) Privilegium conditionatum pro diversitate conditionis etiam diversos producit effectus.

SCHOLION. Divisio privilegii in *odiosum*, & *favorabile* divisio non est, sed tantum diversus Respectus.

§.

Digitized by Google

§. 25.

Privilegium aut cum re, aut cum persona quadam tanquam subjecto est connexum.

Cor. 1. Privilegia vel *realia* sunt, vel *personalia*.

2. Privilegium reale cum re ad hæredes & quoscunque possessores transit.

3. Exspirat cum re, cui inhæret.

4. Privilegium personale regulariter cum persona, cui inhæret, exspirat.

5. In dubio privilegium censetur reale, quod intuitu rei est concessum, & personale, quod intuitu personæ.

6. Si non constat de hoc respectu, privilegium titulo oneroso acquisitum præsumitur reale, quia quilibet, cum onus quoddam intuitu favoris cujusdam subeat rebus suis optimo, quo fieri potest, modo prospiciat.

7. Ad personalia etiam pertinent privilegia personæ mysticæ concessa, quæ pereunt interitu personæ mysticæ.

8. Quandoque etiam privilegia ob specialem rationem, vel etiam, expressam legis dispositionem extenduntur ad alios, ne privilegium fiat inutile. Exempla vide apud Lauterbach *Coll. Pand. L. I. tit. IV.* §. 29. & 30.

9. Privilegium toti cuidam familiæ concessum est personale, cum tota familia hic habeatur pro una persona morali.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 26.

Privilegia ſunt beneficium, & gratia principis: invitis autem beneficia non obtruduntur. *Renuntiatio* eſt actus, quo quis declarat, ſe jure ſuo amplius uti non velle: quod quum vel verbis, vel factis fieri poſſit, renuntiatio alia *expreſſa*, alia *tacita* eſt: tacite quis renunciat privilegio vel *non uſu*, ſi quis, quum potuiſſet, imo debuiſſet uti jure ſuo, eo tamen uſus non eſt, vel *actu contrario*, ſi quis illius, quod ipſi ex privilegio permittitur, contrarium admittit.

COR. 1. Si privilegium quoddam ſit latum in favorem alicujus privatum, eidem quis pro arbitrio poteſt renunciare, non vero ſi in favorem publicum.

2. Unico actu contrario privilegium amitti poteſt. LAUTERBACH *Lib. I. tit. IV.* §. 51.

3. Non uſu decennali privilegium amittitur *L. 1, ff. de nund.* & COD. MAX. *P. I. Cap.* 2. §. 16. *n.* 16. excipe, ſi *a*) caſus non evenerit, quo eo uti potuiſſet. *b*) ſi privilegiatus ignoret hoc privilegium ſibi competere. *c*) Si privilegium in mero pri-

privilegiati arbitrio sit positum. *d*) si sit beneficium juris. *e*) Si in privilegio sit longius tempus concessum. *f*) Si de novo confirmatum sit, & denique *g*) Si usus ejus longior alteri præjudicialis non sit.

4. Qui limites beneficii sibi concessi egreditur, se eo indignum reddit: ergo etiam privilegia pereunt *abusu*.

§. 27.

Quum *revocat* princeps privilegium, declarat, se privilegiatum non amplius velle habere pro exempto, quod vel ex verbis ejus colligitur, vel ex factis: inde revocatio *tacita*, vel *expressa* est.

Prop. Princeps extra casum necessitatis vel utilitatis publicæ privilegia tam onerosa, quam gratuita minus recte revocat, nisi ad beneplacitum fuerint concessa, aut clausulam revocatoriam in se contineant, aut privilegiatus in ejus usu excedat.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 28.

Cessante caussa cessat etiam id, quod per eam ponitur: ergo privilegia cessant.

a) Personalia cum persona.
b) Realia cum re.
c) Temporalia cum tempore,
d) Qualitati affixa cum ea qualitate.
e) Conditionata cum conditione.

§. 29.

Effectus privilegii alius est ex parte concedentis, 2. alius ex parte privilegiati, 3. ex parte reliquorum.

1. *Ex parte concedentis* privilegium regulariter arguit superioritatem.
2. *Ex parte privilegiati*, quod ipsi privilegium det favorem specialem jure communi non concessum.
3. *Ex parte aliorum* effectus est, obligatio ad non impediendum privilegiatum in usu sui privilegii.

§.

Digitized by Google

§. 30.

Privilegiatus utitur jure ſuo contra quemvis (§. 29. n. 2.) fieri autem poſſet, ut alter contra quem privilegio ſuo utitur in eadem cauſſa ſit æque privilegiatus. Quo caſu ponenda erit privilegiorum colliſio.

Prop. I. Privilegiatus contra æque privilegiatum non utitur jure ſuo, ſed jure communi, niſi unum ſit fortius altero. Fortiſſima autem privilegia ſunt:

1. Privilegia ætatis.
2. Privilegium antiquius præfertur noviori.
3. Duplex ſimplici.
4. Omnibus paribus privilegium illius qui certat de damno vitando præfertur illi, qui certat de lucro captando.

Prop. II. Per colliſionem privilegia non extinguuntur, ſed tantum pro caſu particulari ceſſat eorum uſus.

II.
DE JURE
QUATENUS SUMITUR PRO COMPLEXU LEGUM.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 31.

Caussam civilem appello, quæ interesse civium privatum concernit. *Legem civilem* hoc loco definio illam, quæ determinat, quid in caussis civilibus justum vel injustum sit. Complexus vero legum, quæ determinant, quid in caussis civilibus justum, vel injustum sit, dicitur *Jus civile.*

SCHOLION I. Sunt & alii significatus juris civilis, unus *eminentior*, quando pro jure Romano sumitur, alius *latior*, quando sumitur pro omni jure, quod in civitate quadam valet.

SCHOLION II. Quum jus civile in sensu supra definito complectatur omnes leges, quæ versantur circa caussas privatorum civiles, hoc loco 1) evolvi debet, quænam, & quot dentur leges, quæ circa caussas civiles versantur, & quum porro in tanta legum diversitate facile evenire potest, ut plures diversæ leges super eodem casu disponant, 2) etiam examinan-

dum

Digitized by Google

dum eſt, utra lex in caſu colliſionis alteri ſit præferenda.

§. 32.

Quid in cauſſis civilibus juſtum, vel injuſtum ſit, aut cognoſcitur ex rerum notionibus mediante recta ratione, aut ex voluntate legislatoris cujusdam: inde jura civilia vel *naturalia* ſunt, vel *poſitiva*.

Prop. I. Jus naturale tantum verſatur circa determinationes generales, ad ſpeciales vero minime deſcendit.

Prop. II. Intereſt cujuslibet civitatis, ut generales juſti, vel injuſti determinationes magis determinentur per naturam civitatis cujuslibet particularis, ſive, quod idem eſt, Imperans habet facultatem jura naturalia ad ſtatum civitatis particularis applicandi.

Cor. 1. Jus naturale tantum valet in eo caſu, quo determinationes poſitivæ vel deficiunt, vel non ſatis claræ ſunt.

2. *Jus ſubſidiarium* eſt, quod in eum ſolummodo caſum valet, ſi jus principale vel omnino nihil, vel non ſatis clare diſponat

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ſponat: ergo Jus naturale in germania eſt jus ſubſidiarium.
3. Jus poſitivum civile eſt jus naturale ad ſtatum germaniæ magis applicatum.

§. 33.

Jus poſitivum ex voluntate legislatoris cognoſcitur, eaque vel expreſſa, vel tacita; inde jus poſitivum civile vel *ſcriptum* eſt, vel *non ſcriptum*, utrumque vel *commune*, quod in univerſo imperio obtinet, vel *particulare* eſt, quod in certa quadam imperii parte tantum valet; hoc ultimum denique in *provinciale* & *locale* abit.

PROP. Dantur igitur in germania jura civilia *ſcripta*, *non ſcripta*, *communia*, *particularia*, *provincialia*, & *localia*.

§. 34.

Jus commune in univerſo Imperio obtinet (§. 33.) quod vel tale eſt, ut ab iis ſit conditum, qui nos potuerunt obligare, vel ab aliis: inde

de Jus commune vel *domesticum* est vel *peregrinum*. Jus domesticum commune dicitur *Jus germanicum*, quod vel *antiquum* est, vel *medium*, vel *novissimum*.

a) *Jus germanicum antiquum* complectitur leges usque ad exitum stirpis Carolingicæ latas, quarum antiquissima est *lex Salica*, *Ripuariorum*, *Allemanorum*, *Bajuvaricorum*, *Burgundionum*, *Frisonum Capitularia Regum Francorum*. ORACUL. JURID. *tom. IV. pag.* 287. *& seq.* b) *Jus germanicum medii ævi* complectitur constitutiones ante introductionem Juris Romani latas, quæ privata authoritate fuerunt collectæ in speculo Saxonico, & Suevico. ORACUL. JURID. *tom. IV. pag.* 295.

c) *Jus germanicum novum* continet leges post receptionem jurium peregrinorum latas, & comprehenditur recessibus imperii.

PROP. I. Jus germanicum antiquum hodie non amplius habet vim legis. TITIUS *Jur. priv. L. I. cap.* 3. §. 55. 1) quia a moderno reipublicæ statu plane est diversum 2) quia jam post Carolingorum tempora manibus hominum omnino excidit. 3) Collectum denuo in nullo tamen forensi usu

Digitized by Google

Digitized by Google

usu fuit. 4) omnia jam novioribus Sanctionibus melius sunt determinata.

PROP. II. Jus germanicum medii œvi, eatenus habet valorem, quatenus ejus observantia ad hunc usque diem probari potest. Valor enim illius factus est dubius per hoc, quod sæculo XII. & postea studiosi ex Academiis Parisiensi, & Bononiensi reduces, jura peregrina cum contemtu patriarum legum ad facta applicaverint. STRYCK *in usu mod. ff. discurs. prælim.* §. 17.

PROP. III. Jus germanicum novissimum est indubitati valoris.

§. 35.

Jura peregrina ab illis lata sunt, qui nos obligandi potestatem nullo modo habuerunt (§. 34.)

PROP. I. Jura peregrina, qua talia non obligant.

SCHOLION. Ad jura peregrina refero 1) *Jus Romanum*, quod est complexus legum in republica Romana latarum quæ in sic dicto corpore juris civilis continentur. 2) *Jus Canonicum*, qua-

Digitized by Google

quatenus concernit cauſſas civiles, quoad cauſſas Eccleſiaſticas vero jus peregrinum non eſt, ſed domeſticum. Addunt alii tertium, nempe *jus longobardicum*; ſed meminerint, nos hic loqui de juribus civilibus, non feudalibus.

Prop. II. Ad hoc, ut jura peregrina nos obligent, neceſſe eſt, illis ab imperantibus germaniæ vim obligandi eſſe tributam.

§. 36.

Actus, per quem legi peregrinæ vis obligandi tribuitur, dicitur *receptio*, quæ vel *tacita* eſt, vel *expreſſa*, *univerſalis*, vel *particularis*, *principalis*, vel *ſubſidiaria*.

Prop. Jura peregrina non valent, niſi quatenus recepta ſunt.

Cor. Valorem juris peregrini determinaturus ante omnia probare debet, quatenus ſit receptum.

§. 37.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 37.

Jus Canonicum in germania probabilius ante jus germanicum receptum docet speculum Suevicum §. 5. per verba: do sezten aber die päbst, der kaiser, und die chünig iren gericht nach denselben gepoten, uud also stet auch an diesem puch chainer slacht landrecht, noch lehenrecht, noch chainer slacht urthail, wann als es mit recht von Römischer pfaffhait, und von künig Karels recht herkömmen ist, und auch als es die päbste, und die kaiser ze irew *concilien*, und höven habent gesezt, und gepoten aus dem decret, und aus dem decretal aus den zwain püchen nimbt man allew dew recht der man zw gaistlichen/ und zw weltlichen rechten bedarf.

1. Primus juris Romani usus obtinuit in germania Sæculo XII. peregrinationibus studiosorum in Italiam juris peregrini discendi gratia factis, qui quum in patriam redirent,

Digitized by Google

constitutionum domesticarum ignari, & ad officia publica admoti leges Romanas indistincte ad facta applicabant. Quod postea erectione accademiarum in germania magis adhuc invaluit, eoquod Jus canonicum, & præcipue Romanum tribus, imo quatuor diversis cathedris doceretur, & doctores ex utroque hoc jure publice creati fuerint. BANNIZA. *De Principio Lauterbachiano, qui nititur lege Justinianea &c.* §. 8. & 9.

3. Sæculo XIV. & XV. adeo invaluit jus Romanum, ut anno 1441. sub Friderico III. publice deliberandum fuerit, an non jus civile potius cum suis Doctoribus ex imperio sit proscribendum. STRYCK *discurs. prælim. ad Usum Modern. ff.* §. 23.

4. Quum Maximilianus I. fundaret anno 1495. Cameram Imperialem, in assessoribus requisivit, ut essent jurium doctores, ubi per consequens necessario etiam voluit, ut eo jure uterentur, in quo gradum essent promeriti. Porro Assessoribus iurandum

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

dum est, se juxta jura imperii communia velle pronunciare, quod refertur ex *Ordinatione Wormatiensi de anno* 1495. in corpore Recessus Imperii post annum 1538. idem STRYCK *l. c.* §. 24. pluribus deducit.

5. Quæ jura communia fuerunt confirmata a Carolo V. in Carolina pœnali, uti & a Ferdinando I. idem AUTHOR §. 25. & 26.

6. Ulterius ex constitutionibus supra memoratis patet, jura peregrina in eum casum fuisse recepta, si jura domestica vel omnino nihil, vel non satis clare disponant *Recess. Imperii de anno* 1654. §. benebens sollen 105. es sollen Kammerrichter, und Beysitzer der *administration* der heilsamen Justiz sowohl die *statuta*, und Gewohnheiten, als die Reichs-Abschiede, und gemeine Rechten vor Augen haben.

Ordin Jud. Ab aul. tit. I. §. und weilen *dicit*: sodann uoderist unser Römisch Kaiserl. Wahl *Capitulation*, Reichs Abschiede, *Religion*,

Digitized by Google

und *Profan* Friden, und den jüngsten osnabrugischen Fridensschlus, wie auch jedes Standes, Landes, Ortes und Gerichts, sonderlich die gebührlich allegirte, und probirte *Privilegia*, gutte Ordnungen, und Gewohnheiten, und im Mangel derselben die kaiserliche Rechten, und rechtmässige *observationes*, und Gebräuche in acht nehmen.

Ex his infero:

PROP. I. Utrumque jus peregrinum in germania est receptum.

PROP. II. Primo tacite principaliter & universaliter n. 1. 2. & 3.

PROP. III. Sub finem sæculi XV. ejus receptio fuit expressa. n. 4. & 5. sed subsidiaria n. 6.

§. 38.

Ad jura peregrina referuntur jus Romanum, & Canonicum (§. 35. Schol.) utrumque diversas continet partes. In corpore juris civilis continentur 1.) *Institutiones* & *Pandectæ*

eodem

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

eodem die Conſtantinopoli promulgatæ. 2) *Codex repetitæ prælectionis.* 3) *Novellæ.* Jus Canonicum vero continet duas potiſſimum partes, *Decretum* & *Decretales.* Decretalium quinque ſunt compilationes 1.) *Libri V. decretalium Gregorii IX.* 2) *Liber VI. Decretalium.* 3) *Clementinæ.* 4) *Extravagantes Ioannis XXII.* & 5) *denique Extravagantes communes.*

§. 39.

Atque hæc eſt jurium civilium in germania diverſitas: quotidie fit, ut in tanta legum diverſitate ſuper caſu quodam obvio contradictorio plane modo diſponant, ita, ut certa cum dubiis, peregrina cum domeſticis, antiqua cum novis, principalia cum ſubſidiariis juribus collidant; tradendæ igitur ſunt regulæ, quæ in tam facili legum confuſione ſervari debent: quas prius in genere deſig-

na-

Digitized by Google

nabimus, eas postea ad singulas collisionum species applicaturi.

Prop. I. Quæ certa sunt, ea magis sequimur, quam incerta: *Jura igitur certa dubiis sunt præferenda.*

Prop. II. Per legem posteriorem lex anterior vel omnino tollitur, vel saltem immutatur: *Jus ergo posterius semper præferri debet juri anteriori.*

Prop. III. Jura peregrina ab illis feruntur, qui nos obligare nequeunt, domestica vero ab iis, qui nos obligare possunt: *Domestica igitur jura cæteris paribus in se spectata semper sunt præferenda juribus peregrinis.*

Prop. IV. Jura subsidiaria tantum in eum casum valent, ubi jura principalia vel nihil, vel non satis clare disponunt: *Jura itaque principalia semper præferri debent juri subsidiario,*

Prop. V. Jus commune est regula, jus particulare est exceptio a regula: *ergo jus particulare præferendum est communi*, & porro *quo particularius est jus, eo magis est præferendum.*

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 40.

Dantur in germania jura civilia *naturalia* & *positiva* (§. 32.) fieri etiam potest, ut tam naturalia, quam positiva jura super eodem casu diverso plane modo disponant, quo casu nota sequentem

Prop. Quamdiu jura positiva clare super obvio quodam casu disponunt, tamdiu standum est dispositione jurium positivorum, est enim jus naturæ in germania subsidiarium.

§. 41.

Jura positiva vel *scripta* sunt, vel *non scripta* (§. 33.) fieri ergo potest, ut fiat collisio juris scripti cum non scripto, quo casu ex natura juris scripti, vel non scripti certa regula deduci nequit, sed ad alias circumstantias confugiendum, utra lex communis, vel particularis, an utraque vel communis sit, vel par-

ticu-

Digitized by Google

ticularis, utra posterior, vel anterior, de quibus infra.

§. 42.

Utraque lex tam scripta, quam non scripta, vel *communis* esse potest, vel *particularis*, *localis*, vel *prvoincialis* (§. 33.)

Prop. Quo particularior est lex quædam collidens, eo magis est præferenda alteri, cum qua collidit (§. 39. Prop. 5.)

§. 43.

Jus commune vel domesticum est, vel peregrinum (§. 34.) & sub juris domestici nomine jus germanicum venit, quod vel antiquum, vel medii ævi, vel novissimum est.

Prop. I. Jura domestica in regula præferenda sunt juri peregrino.

Prop. II. Jus peregrinum valet præ jure antiquo germanico (§. 34. Prop. I.)

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PROP. III. Jus peregrinum juri germanico medii œvi tanquam dubii valoris tamdiu est præferendum, quamdiu ejus observantia in hunc usque diem non fuerit probata.

PROP. IV. Jus germanicum novissimum valet præ jure Romano (§. 34. Prop. 3. & §. 37. Prop. 3.)

§. 44.

Ad jura peregrina referuntur jus Romanum, & Canonicum (§. 35. Schol.) si duorum istorum iurium contraria existat dispositio, sit

PROP. I. Jus Canonicum, quatenus tractat caussas Ecclesiasticas, valet præ Jure Romano (§. 35. Schol.)

PROP. II. Jus Canonicum, si in materia quadam specialiter sit receptum, valet præ jure Romano (§. 36. Prop.)

PROP. III. His omnibus paribus, si unum ex utroque hoc jure clare disponat, alterum dubie, standum est jure claro (§. 39. Prop. 1.)

PROP. IV. Si utrumque jus æque clare disponat, quodlibet servatur in suo foro.

§.

Digitized by Google

§. 45.

Quodlibet jurium peregrinorum habet ſpeciales ſuas partes (§. 38.) quæ ſibi non raro contradicunt.

Prop. I. Novellæ derogant omnibus partibus juris Romani (§. 38. §. 39. Prop. 2.)

Prop. II. Codex derogat Pandectis, & Inſtitutionibus.

Prop. III. Si Pandectarum, & Inſtitutionum contraria ſit diſpoſitio ex prioritate nihil inferri poteſt (§. 38.) Sed ſi Inſtitutiones contineant jus novum ex Pandectis præferuntur: quæ omnia etiam mutatis mutandis ad omnes juris Canonici partes applicari poſſunt.

§. 46.

In tanta ergo legum varietate, & colliſione is judici tenendus erit Ordo, qui ſequitur.

1. Jura, Conſuetudines, & privilegia localia.
2. Jura provincialia.
3. Jura communia domeſtica.
4. Jura peregrina.

5.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5. Et denique his omnibus deficientibus ad rationem confugiendam.

III.
DE JURE
QUATENUS SUMITUR PRO JURISPRUDENTIA.

§. 47.

Jurisprudentia vel tanquam objectum quoddam consideratur, vel quatenus determinato cuidam subjecto inest, *in priori significatu* est scientia legum, & applicationis earundem, *in posteriori* est habitus leges cognoscendi, & ad facta obvia applicandi.

SCHOLION. Scientia legum est *theoria*, earundem applicatio, *Praxis*, qui gaudet habitu leges probè cognitas ad facta applicandi, est *jurisprudens*, qui se distinquit a *Legulejo*, *Empyrico*, *Rabula*, *Formularista*.

§. 48.

Ratio legis est id, ex quo intelligi potest, cur sit lata, quæ vel

suffi-

Digitized by Google

sufficiens, vel *insufficiens* est, *historica* vel *naturalis*, *publica*, vel *privata*.

Occasio legis est concursus circumstantiarum, quæ legislatorem ad legem ferendam impulerunt.

§. 49.

Juris Consultus debet scire leges cognitione quantum apud se est perfectissima. Cognitio autem legum vel talis est, ut quis rationes legum perspectas habeat, vel non: priori casu cognitionem legum dicimus *philosophicam*, posteriori *historicam*.

Cor. 1. Jurisconsultus cognitione legum historica minime contentus esse debet, sed comparet sibi cognitionem legum philosophicam.

2. Jurisconsultus omnes legum rationes perspectas habere debet.

3. Fieri potest, ut plures sint legis alicujus rationes, igitur quo pluribus quis legem quamdam rationibus firmare noverit, eo major erit ejusdem cognitio philosophica.

4. Inde oritur *cognitio legum mathematica*, seu cognitio quantitatis rationum in aliqua lege.

5. Jurisconsultus sibi comparare debet cognitionem legum mathematicam.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 50.

Quum Jurisconſultus leges rite perſpectas habere debeat: leges autem quandoque vel dubiæ, vel obſcuræ ſint, Jurisconſultus etiam gaudeat habitu leges obſcuras claras reddendi; actus, per quem ſenſus legis obſcuræ determinatur, dicitur *interpretatio.*

PROP. I. Jurisconſultus debet poſſe legem iuterpretari.

PROP. II. Omnis interpretatio ſupponit legem obſcuram.

COR. Lex clara quidem, ſed dura nullam patitur interpretationem.

§. 51.

Senſus legis obſcuræ vel ab ipſo imperante determinatur, vel a jurisconſulto; inde interpretatio vel *authentica* eſt, vel *doctrinalis.*

PROP. I. Jus interpretandi leges authen- eſt jus majeſtaticum.

PROP. II. Interpretatio authentica habet vim legis.

PROP.

Digitized by Google

Prop. III. Omnibus reliquis interpretationum ſpeciebus eſt præferenda.

Prop. IV. Etiam fieri poteſt ab alio, cui imperans leges authentice interpretandi jus ſuo nomine conceſſit.

Cor. 1. Interpretatio legum authentica vel *mediata* eſt, vel *immediata*.
2. Mediata eosdem effectus producit, quos immediata.

Prop. V. Regulariter tantum locum habet, ſi reliquæ interpretationum ſpecies deficiant.

§. 52.

Interpretatio authentica fit imperantis voluntate (§. 51.) vel tacita, vel expreſſa. Unde etiam ejus diviſio in *expreſſam*, & *uſualem*.

Prop. Interpretatio uſualis fit per conſuetudinem.

Cor. Quæ ſupra de conſuetudine dicta ſunt, etiam de interpretatione uſuali repetenda veniunt.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 53.

Interpretatio, quæ a privato, qua tali fit, doctrinalis dicitur (§. 51.) in ea autem ſenſns legis obſcuræ determinatur, vel per applicationem verbi cuiusdam obſcuri, *grammatica.*

Regulæ interpretationis grammaticæ.

1. Verba tamdiu ſumenda ſunt in ſenſu proprio, quamdiu non ſequitur abſurdum.

2. Si verbum obſcurum ſit terminus technicus, conſulendi ſunt artis-periti.

3. Poteſt etiam declaratio verbi cujusdam fieri, habita ratione temporis, loci, & aliarum circumſtantiarum, quo loco interpretatio fit per conjecturas.

4. Verba debent ſumi in eo ſenſu, qui materiæ, de qua ſermo eſt, ſit convenientiſſimus.

5. Verba dubia ita explicari debent, ut ſuo effectu non deſtituantur.

6.

Digitized by Google

6. Ea, quæ verbum obſcurum vel antecedunt, vel conſequuntur, probe ſunt attendenda.

7. Oratio hominis diſtincta non raro explicat ejus orationem obſcuram v. gr. ſic codicillus ſæpe declarat teſtamentum.

8. Attendendum, an ſenſus legis non poſſit reſtitui per mutationem interpunctionum.

9. In jure autem Romano utile eſt conferre corpora juris gloſſata, vel codices ejus manu ſcriptos.

SCHOLION. Ab interpretatione grammatica differt *critica*, quæ loco verbi cujusdam obſcuri aliud ſubſtituit.

§. 54.

Interpretatio doctrinalis logica fit per applicationem rationis legis (§. 53.) ratio autem legis vel extendi debet, vel reſtringi ad pauciores caſus, quam verba legis enunciant; inde interpretatio logica vel *extenſiva* eſt, vel *reſtrictiva*.

PROP.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. I. Cessante ratione legis cessat etiam dispositio legis, quæ tamen cessat.

a) Si nulla adsit legis ratio.

b) Si ratio legis plane cesset, non autem in certis casibus, qui raro eveniunt.

Prop. II. Ubi eadem est ratio legis, ibi etiam est eadem legis dispositio.

§. 55.

Qui convenientiam legis cum facto quodam determinat, eandem *ad factum adplicare* dicitur: est autem *factum* actio libera cum omnibus suis circumstantiis considerata.

Prop. I. Adplicatio legum ad facta supponit theoriam, seu scientiam legum.

Prop. II. Scientiam facti, seu legem adplicaturus debet habere distincte cognitam *facti speciem*, quæ est enumeratio circumstantiarum, sub quibus actio quædam libera est posita.

Prop. III. Ad facta illæ tantum leges adplicari possunt, quæ in foro quodam obtinent, non antiquata.

Digitized by Google

Prop. IV. Leges eo ordine ad facta adplicari debent, qui a summo imperante est determinatus.

Prop. V, Qui leges ad facta adplicat, dicitur *Practicus*.

Prop. VI. Omnis Jurisconsultus theoriæ etiam praxin conjungere debet.

§. 56.

Adplicatio legum vel fit secundum verba legum expressa, *directa* vel secundum consequentiam, ex legibus deductam, *indirecta*, adplicationis indirectæ species sunt.

1. Adplicatio facta per *argumentum legis*, quod est consequentia ex lege quadam singulari deducta.

2. *Per collationem legum*, quæ est consequentia ex comparatione plurium legum deducta.

3. *Per annalogiam*, quæ est consequentia ex principio quodam juris generali deducta.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 57.

Adplicatio legum ulterius vel fit in judicio, *judicialis*, vel extra id, *extrajudicialis*.

Judicialiter leges adplicantur.

1. Advocando. 2. referendo. 3. judicando.

Extrajudicialiter leges adplicantur.

1. Docendo. 2. cavendo. 3. acta legendo, & extrahendo. 4. respondendo de jure.



Digitized by Google

LIBER I.

DE JURE, QUOD EX STATU ORITUR, SEU DE JURE PERSONARUM.

SECTIO I.

CAPUT I.

§. I.

Qualitas illa, intuitu cujus homini certa jura, & certæ obligationes competunt, *ſtatus hominis* dicitur.

PROP. I. Unus homo poteſt plures habere ſtatus.

PROP. II. Plures homines poſſunt unum tantummodo ſtatum habere.

PROP. III. Quatenus quis ſtatu gaudet, eatenus jurium, & obligationum eſt capax.

PROP. IV. Pro diverſitate jurium, quæ cum aliqua qualitate ſunt connexa, etiam ſtatus eſt diverſus.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 2.

Status homini competit, quatenus illi certa qualitas inest, cum qua jura, & obligationes connectuntur. (§.1.) hæc autem qualitas homini, vel inest a natura, vel prævio quodam facto: inde status hominis vel *naturalis* est, vel *adventitius*; in statu adventitio homo vel consideratur in societate, vel extra eam: status ergo adventitius vel *socialis*, vel *non socialis* est. Status vero hominum socialis eos in societate considerat, quæ vel *simplex*, vel *composita* est, prout membra eam constituentia vel individua humana, qua personæ singulares, vel qua personæ morales, seu integræ societates spectantur. Porro societates simplices vel constant ex duabus tantum personis, vel ex pluribus, quæ ultimæ *Collegia* dicuntur.

SCHOLION. De statu hominum rite acturus species statuum supra memoratorum

Digitized by Google

rum omnes evolvere debet, ſit ergo ſermo

I. De ſtatu hominum mere naturali.

II. De ſtatu hominum adventitio non ſociali.

III. De ſocietatibus ſimplicibus, quæ duabus tantum perſonis conſtant.

IV. De Collegiis.

V. De Univerſitatibus, ſeu perſonis moralibus.

§. 3.

Homo certo ſtatu gaudens dicicitur *perſona*, quatenus ſumitur in ſenſu juridico.

PROP. I. Non omnis homo eſt perſona.

PROP. II. Unus homo poteſt plures ſuſtinere perſonas.

PROP. III. Plures homines poſſunt ſuſtinere unam tantummodo perſonam.

PROP. IV. Perſona vel phyſica eſt, vel moralis, prout homo perſonam conſtituens actu unum individuum eſt, vel plura individua, quæ tamen propter idenditatem voluntatum habentur

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

tur pro uno. Ubi regula: *quoties voluntas & vires plurium tendunt ad idem, toties quoad hoc idem habentur pro una persona.*

§. 4.

Jus, quod determinato cujdam subjecto competit, vel ei competit intuitu status, in quo existit, *jus personarum*, vel intuitu rei cujusdam, *jus rerum.* Jus rerum mihi competit vel intuitu facti cujusdam obligatorii, seu non sine respectu quodam ad personam, *Jus personale*, *jus ad rem*, vel sine eo, *jus reale*, *jus in re.*

Prop. Jus Personarum differt a jure personali.

Scholion. Qui distinctionem juris in jus rerum, & personarum inter subtilitates Juris Romani referunt, non satis curate distinguunt inter juris, vel obligationis subjectum, & objectum. Etenim subjectum, cui jus quoddam competit non nisi persona esse potest, bene vero illud, circa quod

Digitized by Google

quod tale jus versatur, vel res est, vel persona.

§. 5.

Quum status sit qualitas intuitu cujus homini certa jura, & certæ obligationes competunt (§. 1.) posita hac qualitate etiam ponitur status, eaque adquisita & status adquiritur.

§. 6.

Quoniam autem nihil tam naturale est, quam unum quodque ea ratione dissolvi, qua est colligatum, & status adquiritur per qualitatem, cum qua certa jura, & certæ obligationes connectuntur (§. 5.) patet, amissa hac qualitate pariter amitti statum.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 7.

Si jus quoddam mihi competit, necceſſe eſt, ut etiam remedium quoddam mihi competat, vi cujus jus illud contra refractarios perſequi poſſum in judicio; remedium jus illud contra refractarios perſequendi in judicio dicitur *actio*, & ſi ex ſtatu oritur, *præjudicialis* audit.

Prop. Ex jure perſonarum oriuntur actiones præjudiciales.

Scholion. Significatus actionis præjudicialis hoc loco ſtrictior eſt, quum in ſenſu latiori *actio præjudicialis* ſit, ex cujus deciſione alia actio dependet.

CA-

Digitized by Google

CAPUT II.

DE STATU HOMINUM NATURALI.

§. 8.

Ratione ſtatus naturalis 1. Ratione ſexus homines vel *Mares* ſunt, vel *Fœminæ*, quibus tertia quædam ſpecies accedit, *Hermaphroditus*, qui de utroque ſexu participat.

PROP. I. Nec maſculis, nec fæminis præ aliis certa jura competunt, niſi quatenus a legibus ſpecialiter tribuuntur.

PROP. II. Ratio, & fundamentum prærogativarum fæminis præ maribus, & viciſſim competentium conſiſtit in imbecillitate, vel præſtantia ſexus.

COR. Quoties agitur de imbecillitate, ſexus toties fæminæ ſunt melioris conditionis, quam mares: igitur

a) Illis jus ignorare permittitur, ſua petant *L. 8. ff, de Jur. & fact. ign.*

b) Ex fidejuſſionibus ſuis non obligantur.

c) In quibusdam locis ſunt ſub perpetua curatela, quod tamen in Bavaria locum non habet.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2. Maſculi regulariter ſunt melioris conditionis, quam fæminæ, ubi agitur de præſtantia ſexus.

Prop. III. Sub compellatione ſexus maſculini plerumque etiam continentur fæminæ, non vero viciſſim. *L.* 195. *pr, de V. S.*

Prop. IV. Hermaphroditus in dubio habetur pro fæmina.

Prop. V. Annnumeratur ſexui prævalenti.

Prop. VI. Si vero ſexus uterque ſit æqualiter perfectus, jurato ſexum quemdam eligere debet. Lauterbach *Coll. ff. L. I. tit. V. §. 24.*

§. 9.

Ratione nativitatis homines ſunt vel *Nati*, vel *Naſcituri*, ſeu *Embryones*, prout ab utero materno vel jam ſunt ſeparati, vel in eo adhuc latent.

Prop. I. Qui in utero eſt, perinde, acſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur, quoties de commodis ipſius partus quæritur *L.* 7. *ff. De ſtatu hominum.*

Prop.

Digitized by Google

Prop. II. Neque etiam per consequentiam lædi debet.

Cor. 1. Contra matrem durante uteri gestione nil suscipi potest, quod partui posset esse nocivum, non enim calamitas matris nocere debet ei, qui est in utero.

a) Prægnans torqueri nequit, nequidem post partum, nisi elapsis 40. diebus.

b) Gaudet beneficio dilationis. Müller *De jure prægnantium cap. 4.* §. 13.

2. Nascituris omnia jura in eventum nativitatis sarta manent, ac tecta, seu suspenduntur.

Prop. III. Aliis autem directe non possunt nascituri, nisi soli matri.

Prop. IV. A nascituris distinguendi *nondum concepti*, qui jure nascituorum non gaudent.

§. 10.

Nascituri autem vel *vivi* prodeunt in lucem, vel *mortui*.

Prop. I. Mortui habentur pro non natis.

Cor. Jura, quæ nascituris fuerunt sarta, a momento, quo mortui in lucem prodeunt, resolvuntur,

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. II. Ut partus jus ſibi ſervatum transmittat ad hæredes, ſufficit eum unico momento vixiſſe. *L.* 3. 6. *De Poſth. Hæred.*

Prop. III. Vita ex quocunque ſigno vitali colligitur *L.* 3. *C. de Poſth. Hæred.*

Prop. IV. In dubio pro vita prolis præſumitur, ſi proles ſit nata debito tempore, debito modo, & ſana matre.

§. II.

Qui vivi prodeunt, vel in forma humana prodeunt, vel non; ubi membra principalia, ſi ita ſint comparata, ut hominis non ſint, *monſtra* dicuntur, ſi vero quædam tantum membra ampliata, vel diminuta exiſtunt, *oſtenta*, ſeu *portenta* vocantur.

Prop. I. Monſtra hominibus accenſeri non debent, ſed habentur pro non natis. *L.* 14. *ff. de ſtatu hom.*

Cor. 1, Monſtra jurium capacia non ſunt. 2. Jura, quæ ipſis tanquam naſcituris ad tempus nativitatis ſarta, ac tecta fuerunt, a momento nativitatis reſolvuntur.

Prop.

Digitized by Google

PROP. II. Si natura partes in homine ampliavit, vel diminuit, monſtrum non eſt, ſed oſtentum, quod jurium capax eſt. *L.* 14. *ff. de ſtat. hom.*

SCHOLION. Monſtra tamen propria authoritate ſine homicidii pæna occidi nequeunt, quod ſpecialiter exprimit CODEX BAV. *P. I. Cap.* 3. §. 2. *n.* 3.

§. 12.

3. Ratione ætatis homines vel *majorennes* ſunt, vel *minorennes*, prout annum 25. ætatis jam attigerunt, vel non. DE JURE BAV. terminus majorennitatis eſt 21. annus.

PROP. I. De jure naturali certi ætatis anni, & gradus determinati non ſunt, ſed majorennes vocantur illi, qui eo intellectus, ac rationis uſu ſunt præditi, ut rebus ſuis, & ſibi ipſis ſatis bene præeſſe poſſint.

Co. 1. Majores tam de ſe, quam rebus ſuis pro lubitu diſponere poſſunt.

2. Minores, quia facilius ad agendum induci poſſunt, *minus plene ſui juris* dicuntur.

PROP. II. Ex notione civitatis magiſtratui incumbit onus curandi, ut bona ſub-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ſubditorum rite adminiſtrentur: ergo etiam tales conſtituendi perſonas, quæ res, & bona illorum adminiſtrent, qui illis recte præeſſe nequeunt.

Cor. Minores rebus ſuis ipſi præeſſe nequeunt, niſi ſint facti majorennes, vel veniam ætatis impetraverint.

§. 13.

Minores, ſi maſculi ſunt vel annum ætatis 14. jam attigerunt, ſi vero fæminæ 12, vel non: minores ergo vel *puberes* ſunt, vel *impuberes*. Plene puberes ſunt maſculi completo anno ætatis 18, fæminæ anno ætatis ſuæ 14.

Prop. Neque puberes, neque impuberes plene ſui juris ſunt; impuberes enim ſub tutela, puberes ſub curatela exiſtunt.

§. 15.

Impuberum genera duo ſunt, aut enim tales ſunt, ut in illis nullus omnino rationis uſus præſumi poſſit, *inſan-*

Digitized by Google

infantes, aut ut ille usus sit imperfectus, & hi vel *infantiæ* sunt *proximi*, vel *pubertati*, prout vel magis ad annos pubertatis, vel infantiæ accedunt: *infantes* autem sunt, qui annum ætatis 7. nondum compleverunt.

Prop. I. Infantes nulla ratione moraliter agere valent.

Cor. Non possunt contrahere, delinquere, neque etiam pænis sunt obnoxii.

Prop. II. Infantiæ, atque pubertati proximi moraliter quidem, at non summo moralitatis gradu agere possunt.

Cor. Si delinquunt, pænis tantum extraordinariis sunt obnoxii.

§. 15.

Nexus plurium personarum ex copula carnali concipiendus dicitur *cognatio*, cognatio autem oritur vel ex sola copula carnali, *affinitas*, vel mediante ea ex generatione, *consanquinitas*.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PROP. Homines igitur vel conſanquinei ſunt, vel affines.

SCHOLION. Non nego, tam ſtatum conſanquinitatis, quam illum affinitatis in ſpecie ad ſtatus adventitios poſſe referri. Omnis enim affinitas primum ſupponit coitum, vel matrimonium. Sed quum homines, quamprimum in lucem veniunt, ad alias perſonas, ut conſanquinei ſint conſiderandi nullo alio facto intercedente, materiam affinitatis propter ſummam connexionem a conſanquinitate ſeparare non non placuit.

§. 16.

Conſanquinitas eſt nexus perſonarum ex generatione concipiendus (§. 15.)

PROP. Omnis conſanquinitas ſupponit factum generationis.

§. 17.

Conſanquinei dicuntur *recti*, ſi per generationem a ſe invicem de-

Digitized by Google

pendent, *collaterales* vero, si ab eodem tertio per generationem dependent, non vero simul a se invicem. Conlanquinei recti vel sunt *adscendentes*, si generatus referatur ad generantem, vel *descendentes*, si generans referatur ad generatum.

§. 18.

Alimentorum nomine continentur cibaria, vestitus, habitatio, ac omnia, quæ ad curationem, & disciplinam pertinent, quæ vel *naturalia* sunt, si solum ad necessitatem, vel *civilia*, si conditioni, & dignitati alentis convenienter præstantur; *alere* autem idem est, ac alimenta præbere.

PROP. I. Alimenta denegare idem est, ac necare. *L. 4. ff. De agn. & al. liber.*

PROP. II. Per quem factum est, ut quis existat, is etiam obligatus est, ut illi de alimentis prospiciat, si in eo statu sit, ut se ipsum alere nequeat.

COR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Cor. Adſcendentes perfecte obligantur, ut liberis de alimentis non naturalibus tantum, ſed & civilibus proſpiciant, ſi deſcendentes ſe ipſos alere nequeant.

Prop. III. Viciſſim deſcendentes ex vinculo reverentiali obligantur, ut eos, a quibus ortum trahunt, alant, ſi illi ſe ipſos alere nequeant.

Prop. IV. Obligatio ad alendum eſt ſubſidiaria, ſive in eum caſum, ſi quis ſe ipſum alere nequeat.

Prop. V. Collaterales nullo jure poſitivo perfecte obligantur, ut eos, qui ſibi collaterales ſunt, alant.

Prop. VI. De jure communi inter adſcendentes primo pater, tum avus paternus, poſtea mater, & in ejusdem ſubſidium avus maternus obligantur ad alimentationem. *Novell.* 117. *C.* 7. De jure Bav. primo pater, tum mater, poſtea avus paternus, & denique maternus tenentur ad alimentationem.

§. 19.

Deſcendentes dicuntur *liberi*.

Ppop. I. Nomine liberorum continentur omnes deſcendentes, cujuscunque

Digitized by Google

gradus, vel ſexus, niſi ſpecialis exceptio doceri poſſit *L.* 220. *pr. ff. De V. S.*

Prop. II. Nomine adſcendentium continentur omnes adſcendentes cujuscunque gradus, vel ſexus.

§. 20.

Liberi vel ſunt nati ex legitimo matrimonio, *legitimi*, vel non, *illegitimi.*

Prop. I. Omnis liberorum legitimitas ſupponit matrimonium, & quidem verum.

Scholion. In favorem tamen prolis jus Canonicum *Cap.* 14. *X. qui fil. ſint legit.* etiam eos pro legitimis agnoſcit, qui ex matrimonio putativo nati ſunt, modo unus parentum fuerit in bona fide.

Prop. II. Liberi pro legitimis habentur vel *ratione termini a quo*, qui de jure antiquo præciſe debuerat eſſe initium ſeptimi menſis, ita, ut antea nati habeantur pro legitimatis. Jure vero novo legitimi ſunt, etſi primo

poſt

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

post contractum, matrimonium momento nati fuerint. *L.* 11. *C. De nat. lib.* vel *ratione termini ad quem*, qui est dies primus, vel secundus mensis undecimi *Novell* 39. *C.* 2. DE JURE BAV. *P. I. C.* 3. §. 2. *n*, 9. *Terminus a quo* est 182. Dies, & *terminus ad quem* 302.

COR. 1. In foro civili legitimi sunt etiam ex concubitu anticipato nati.
2. Ex eo, quod liberi sint legitimi nondum infertur, parentes esse immunes a pæna anticipati concubitus.

PROP. III. Liberi debito tempore ex matrimonio nati habent præsumtionem juris violentam pro se, quod sint legitimi.

COR. Illis elogium matris etiam juratum, vel in mortis articulo factum non nocet, nisi per evidentiam facti contrarii ostendatur, eos esse illegitimos.

PROP. IV. Liberis legitimis alimenta debentur tam naturalia, quam civilia.

§. 21.

Illegitimi sunt, qui ex matrimonio progeniti non sunt, qui vel nati sunt ex concubitu maris cum fæmina alias honeste vivente, *naturales*

Digitized by Google

rales, vel ex fæmina omnibus passim se prostituente, *vulgo quæsiti*, vel ex coitu a legibus specialiter interdicto, *nati ex damnato coitu*, qui vel *incestuosi*, vel *nefarii*, vel *sacrilegi*, vel denique *adulterini* sunt.

Prop. I. Liberis omnibus illegitimis indistincte de jure hodierno, & canonico debentur alimenta naturalia *C. 5. X. de eo, qui dux. quam poll. &c.* De jure civili *Nov.* 89. tantum naturalibus, non vero natis ex damnato coitu.

Prop. II. Vulgo quæsiti, quia de eorum patre non constat, a matre solum alimenta naturalia exigere possunt.

Prop. III. Expositi in dubio habentur pro legitimis. LEYSER *specim.* 613. *de expos. infant.*

§. 22.

Qualitas illa, cujus intuitu quis est alterius cognatus, dicitur *status cognationis*. Jura, quæ ex isto statu oriuntur, respectu cognatorum considerari possunt, vel respectu tertii.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. I. Magis sumus obligati ad perfectionem cognatnrom promovendam, quam alterius.

Prop. II. Quo magis quis alteri est cognatus, eo magis etiam obligatur ad illius perfectionem promovendam.

Prop. III. Cognati in caussis cognatorum cum aliis sunt suspectæ fidei.

§. 23.

Quo magis quis alteri est cognatus, eo magis etiam alteri est obligatus, ut ejus perfectionem promoveat (§. 22. Prop. 2.) in omni ergo cognatione gradus, seu quantitas concipi possunt: possibile igitur erit, ut determinemus, quoto gradu quis alteri sit cognatus, quem actum *computationem* dicimus. Computatio alia est *canonica*, alia *civilis*.

Scholion. Computatio juris Canonici obtinet in materia de matrimonio, computatio vero juris civilis in materia de successione.

§.

Digitized by Google

§. 24.

Stipes communis dicitur, in quo personæ cognatæ proxime conveniunt, *gradus* est distantia unius personæ ab altera, *linea*, est series graduum, vel personarum, quæ vel *recta* est, vel *obliqua*, seu *collateralis*: recta vel *descendens*, vel *adscendens*, collateralis vero vel *æqualis*, vel *inæqualis* est.

PROP. I. In linea recta tam de jure Canonico, quam civili *quot sunt gradus, tot sunt personæ.*

PROP. II. In linea collaterali obtinet regula, si sit æqualis: *quoto gradu consanquinei ex una parte distant a communi stipite, eodem distant inter se.*

PROP. IV. In linea vero inæquali est regula: *quoto gradu persona remotior distat a communi stipite, eodem distant inter se.*

§. 25.

Affinitas est nexus personarum ex copula carnali concipiendus.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. I. Omnis affinitas oritur mediante copula carnali, eaque vel licita, vel illicita.

Prop. II. Mediante coitu cujuslibet coeuntium consanquinei fiunt affines unius conjugum.

Cor. 1. Per coitum coeuntes non fiunt affines.
2. Coeuntium cognati inter se non sunt affines.

Prop. III. Coitus non mutat cognationem, quæ fuit ante coitum.

Cor. 1. Unius coeuntium consanquineus rectus vel adscendens vel descendens fit alterius conjugis affinis rectus, vel adscendens, vel descendens.
2. Unius coeuntium consanquineus collateralis fit alterius affinis collateralis.
3. *Quoto gradu quis est consanquineus uni conjugum, eo gradu etiam est affinis alteri conjugum.*

a) Ergo gradus affinitatis determinatur ex consanquinitate.

§. 26.

Ratione mentis, & corporis alia porro est hominum divisio, sunt enim tales, qui ob impedimentum quoddam

Digitized by Google

dam corporis usu intellectus, vel rationis sunt destituti, vel non: priori sensu *dementes*, posteriori autem *sanæ mentis* dicuntur.

Prop. Nemo hominum demens est præsumendus, sed ut talis probari debet.

§. 27.

Dementes vel ita sunt comparati, ut cum rabie, & tumultu agant vel non, priores *furiosi*, posteriores *mente capti in specie* dicuntur. Furiosi vero vel continuo, & absque ulla intermissione insaniunt, vel sua etiam lucida intervalla habent.

Prop. Si status dementiæ sit talis, ut impediat omnino usum intellectus, & rationis, dementes sive furiosi, sive tales non sint, nullum actum, qui voluntatis declarationem involvit, ponere possunt.

Cor. Ergo neque contrahunt, neque testamenta faciunt, neque etiam delinquunt, sed sub curatela existunt.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PROP. II. Si vero ſtatus dementiæ talis ſit, ut demens non nunquam ſua lucida intervalla habeat, eo tempore quo uſu intellectus, & rationis gaudet, actus juridicos cujuscunque generis ponere poteſt.

PROP. III. Dementem, vel furioſum, qui talis eſſe ubique noſcitur, ſua lucida intervalla eo tempore habuiſſe, quo negotium obligatorium poſuit, præſumi non poteſt.

§. 28.

Dantur etiam *corpore vitiati*, qui illi dicuntur, quorum corpus tale non eſt, quale natura eſſe deberet. Huc pertinent vitiati, qui defectu ſenſuum laborant v.g. *muti*, *cæci*, *ſurdi*, & ii, quorum corpus quoad membra genitalia eſt vitioſum, *caſtrati*, *frigidi*.

PROP. I. Corpore vitiati eos tantum actus ponere nequeunt, ad quos ſpecialis, & eſſentialis membri illius, quo carent, uſus requiritur.

COR. I. Sic mutus nuncupative teſtari nequit, bene vero in ſcriptis.

2.

Digitized by Google

2. Cæci in ſcriptis teſtari nequeunt; bene vero oretenus, ſed adhibitis pluribus ſolennitatibus.

3. Caſtrati, & frigidi nequeunt inire matrimonium.

4. Qui natura ſurdus eſt, is quoque natura mutus eſt, conſequenter etiam facultate ſenſa animi declarandi non gaudet; bene ergo ab omnibus actibus, qui voluntatis declarationem requiruut, excluditur.

SCHOLION. Furioſis comparantur *prodigi*, ſeu illi, qui tanquam inſani bonorum ſuorum dillapidatores authoritate judiciali ſunt declarati. Prodigi ergo de ſe quidem ſanæ mentis ſunt, conſequenter moraliter agunt, multis tamen paſſibus furioſis æquiparantur. Et denique, ut quis prodigus quoad effectus juridicos habeatur, requiritur, eum ſententia judicis pro tali eſſe declaratum.

SEC-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SECTIO II.

DE STATU HOMINUM ADVENTITIO NON SOCIALI.

CAPUT I.

DE HOMINIBUS INTEGRÆ FAMÆ, ET DE IIS, QUI TALES NON SUNT.

§. 29.

Status hominum moralis ejusdem perfectiones, & imperfectiones complectitur. Communis hominum sermo de statu alicujus morali, *Fama* dicitur, quæ vel *bona* est, vel *mala*, prout judicium hominum versatur vel circa perfectiones, vel imperfectiones alicujus hominis. *Macula moralis* fama mala est, quæ per imperfectiones sive veras, sive putativas fuit contracta, quæ vel ex actionibus malis propriis imputabilibus oritur, *infamia*, vel ex actio-

Digitized by Google

actionibus aliorum malis, nobis haud imputabilibus, quoad effectus tamen in nos redundantibus, aut ex propriis de se haud malis, vulgo tamen pro inhonestis habitis, *levis notæ macula*. L. B. AB ICKSTATT *in dissertatione inaugurali de Irrationabilitate consuet. LL. &c.* §. 7.

PROP. I. Qui macula morali ex propriis actionibus imputabilibus contracta laborat, *infamis* dicitur.

PROP. II. Natura nemo infamis est, nisi qui factum infamans posuerit.

PROP. III. Infamia, & levis notæ macula inter se differunt.

§. 30.

Facta infamantia sunt vel talia in quæ lex civilis specialem infamiam statuit, *infamia juris*, vel non, *infamia facti*.

PROP. I. Infamia juris supponit *a*) factum infamans *b*) expressam legis determinationem, quæ infamiam in tale factum decernit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PROP. II. Infamia juris vel *immediata* eſt, vel *mediata*, prout vel ſtatim adeſt poſito facto infamante, vel prævia primum ſententia judicis.

Prop. III. Ubi nullum factum proprium infamans, ibi etiam nulla infamia concipi poteſt.

COR. Dolus ſemper infamat, non item culpa, niſi ubi id, leges ſpecialiter volunt. *L. 6. ff. de his, qui not. inf.* LAUTERBACH *Coll. Pand. L. III. tit. II.* §. 8.

SCHOLION I. Facta, quæ immediate infamiam inferunt de jure Romano ſunt 1) prodire in ſcenam lucri, & quæſtus cauſſa. 2) quæſtus meretricius. 3) Nuptiæ ſecundæ a fæmina intra annum luctus contractæ. 4) binæ nuptiæ & ſponſalia eodem tempore. 5) adulterium. 6) lenocinium. 7) violatio transactionis juratæ. 8) nuptiæ a tutore, vel curatore ante rationes redditas cum pupilla contractæ.

Mediate infamant de Jure Romano omnia crimina publica, & alia, de quibus vide LAUTERBACH *Coll. Pand. L. II. Tit. II. a* §. 12. *uſque ad* §. 22.

SCHOLION. II. De jure hodierno, ſeu Germanico non amplius infamant ipſo jure 1) Nuptiæ a fæmina intra annum lu-

luctus contractæ. 2) Lusus comici, nisi sint mimorum, funambulonum. 3) Prædium conductum a militæ. 4) Nuptiæ tutori. cum pupilla ante rationes redditas contractæ. STRYCK. *Us. Modern. ff. L. III. Tit. II.* §. 7. 8. 9. 10.

PROP. IV. Infamia inhæret personæ.

COR. Ultra personam, quæ factum infamans posuit, extendi non debet.

PROP. V. Quotiescunque factum turpe notorium non est, vel excusationem admittit, toties nemo fit infamis, nisi condemnatus.

§. 31.

Omnis infamia est certorum jurium privativa.

COR. 1. Infames excluduntur a dignitatibus adquirendis, ab adquisitis arcentur.
2. Non admittuntur ad collegia opificum.
3. Generalis præsumtio bonitatis quoad eos locum non habet.
4. Eorum testimonium est suspectæ fidei, de Jure autem Canonico *C.* 54. *X. de testib.* a testimonio plane arcentur.
5. Contemtus eorum non est injuria.
6. Si hæredes instituuntur, a fratribus per querelam inofficiosi repelluntur.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 32.

Posito facto infamante non notorio etiam infamia ponenda est, quæ infamia juris immediata dicitur.

Cor. 1. Posito facto infamante non notorio nondum ponitur infamia juris immediata.
2. Omnis ergo infamia adquiritur facto infamante.

§. 33.

Infamia semel illata regulariter perpetuo durat, nisi a lege ad certum tantum tempus sit statuta: inde infamia vel *perpetua* est, vel *temporaria*. Eckolt *Pand. L. III. Tit. II.* §. 12. Et quum porro infamia præsertim juris ex lege factum quoddam infamia notante descendat; manifestum est, infamiam juris aliter cessare non posse, nisi authoritate ejus, qui eam intulit.

Digitized by Google

§. 34.

Restitutio famæ est actus, per quem declaratur, eum, qui infamia a legibus est notatus, inposterum pro tali non esse habendum.

PROP. I. Solus imperans famam restituit.

COR. 1. Infamiam jure Imperii illatam sofolus Imperator tollit.

2. Infamiam jure statutario illatam tollit is, qui ejus juris est conditor.

PROP. II. Infamia perpetua non aliter definit, nisi famæ restitutione.

PROP. III. Restitutio famæ vel *legalis* est, si imperans modum, quo infamia tollatur, cum facto quodam connectit, vel *principalis*, quæ ultima vel expressa, vel tacita est.

SCHOLION. Dividitur porro restitutio famæ in *mediatam*, & *immediatam*, *universalem*, & *particularem*.

PROP. IV. Is, cui fama restituta est, iisdem gaudet juribus, ac homo integræ existimationis.

S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 35.

Levis notæ macula eſt macula moralis, qnæ oritur ex actionibus aliorum malis, nobis haud imputabilibus, quoad effectus tamen in nos redundantibus, vel ex propriis de ſe haud malis, ex communi tamen hominum opinione pro talibus habitis (§. 29.)

Prop. I. Levis notæ macula differt ab infamia juris, & facti.

Prop. II. Jure naturali nemo levis notæ macula notatur. Illud tamen non impedit, quo minus jure civili ab imperantibus levis notæ macula pro certis caſibus ſtatuatur.

Cor. Omnis ergo levis notæ macula ab imperantibus eſt determinanda, vel jure ſcripto, vel non ſcripto, quæ tamen ultra determinationem legis extendi non debet.

Digitized by Google

§. 36.

Levis notæ macula, quum ſit famæ diminutio, iis etiam juribus privat, quæ cum fama integra connectuntur.

Prop. I. Levis notæ macula notati ad dignitates adſpirare nequeunt.

Prop. II. Si fratribus præferantur, illi teſtamentum tanquam inofficioſum impugnant.

Prop. III. Ad collegia opificum non admittuntur.

Scholion. Datur tamen quandoque levis notæ macula, quæ non omnes iſtos effectus producit, unde dividitur in *totalem*, & *partialem* Petr. L. B. de Ickstatt. *Diſſ. ſupra citata* §. 30.

Prop. IV. Levis notæ macula ordinaria præter hos effectus nunc primum memoratos non facile alios producit, niſi in lege ſpecialiter determinentur.

§. 37.

Levis notæ macula aut oritur ex facto alieno inhoneſto, aut ex facto

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

facto proprio, non inhonesto, vulgo tamen pro tali habito: unde levis notæ macula vel *imputativa* est, vel *propria*.

PROP. I. Levis notæ macula imputativa extraordinaria notantur filii perduellium *L. 5. §. 1. C. ad leg. Jul. Maj.*

PROP. II. Levis notæ macula imputativa notantur liberi illegitimi, quæ regulariter perpetua, & totalis est.

COR. Ergo non cessat, nisi per famæ restitutionem, quæ in specie dicitur *legitimatio*.

§. 38.

Levis notæ macula oritur ex facto proprio non inhonesto, communi tamen hominum opinione pro tali habito (§. 37.) *Horridum vitæ genus* est, cujus functiones naturalem aliis horrorem incutiunt: *Sordidum* vero *vitæ genus* vocatur, in quo fit quæstus ex opera cum sordibus, ac materiis fætidis.

Prop.

Digitized by Google

Prop. I. Ii, qui ſordidum, vel horridum vitæ genus tractant, ex ſe nulla mamacula notantur.

Prop. II. Illi, qui ſordidum, vel horridum vitæ genus tractant, non aliter pro macula notatis haberi poſſunt, niſi, quatenus hoc a legibus factum.

Prop. III. In ſordido, vel horrido vitæ genere fundatur tota ratio, cur quis ſit macula notatus.

Cor. 1. Ceſſante horrido, vel ſordido vitæ genere ceſſat etiam macula,
2. Hæc macula non niſi temporaria, & ordinaria, ac perſonalis eſt.
3. Ad liberos extendi nequit.
4. omiſſo hoc vitæ genere ſunt homines integræ exiſtimationis, & eorum juribus gaudent.

CAPUT II.
DE PERSONIS LIBERIS, ET SERVIENTIBUS.

§. 39.

Quum natura omnes homines ſint æquales, nullum ſufficiens fundа-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

damentum agnoscimus, cur quis ad utilitatem alterius cujusdam operis suis promovendam perfecte fit obligatus. Statum illum, quo quis ad utilitatem alterius operis suis promovendam perfecte obligatur, *servitutem* dicimus, & is, qui hoc modo obligatus est, *servus* audit.

PROP. I. Natura nemo servit.

PROP. II. Omnis servitus supponit factum quoddam prævium, quo est constituta.

PROP. III. Jura, quæ Domino in servos competunt, sunt adquisita, non connata.

PROP. IV. Ratio, cur quis servus sit, vel se fundat in jure belli, vel in delicto, vel in pacto adscendentium, vel immediate in lege.

§. 40.

Natura nemo servit (§. 39. prop. I.) ergo vel fuit in voluntate servi an illa ratione se obligare velit, vel

Digitized by Google

vel non. Inde concipimus *servos statu liberos*, & *servos statu tales*. Ulterius servus vel ea ratione se obligat pro certa mercede, vel sine certa quadam mercede: dantur igitur tam servi *mercenarii*, quam *obnoxii*, uti & *perpetui*, ac *temporarii*. Denique servus vel volens, vel invitus obligatur ad utilitatem alterius omnibus suis operis promovendam, vel tantum aliquibus, unde servi etiam vel *perfecti* sunt, vel *imperfecti*.

PROP. I. Servi mercenarii non sunt statu servi, neque etiam servi perfecti.

PROP. II. Mercenariæ servitutis fundamentum est pactum.

PROP. III. Servi mercenarii ad eas tantum operas obligantur, ad quas, & quatenus pacto se obligarunt.

COR. Unde vel perpetui, vel temporarii esse possunt.

PROP. IV. Si quis se pro se, & suis descendentibus pacto obligaverit ad operas præstandas, descendentes erunt servi statu tales.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. V. Qui in servitute perfecta vivunt, omnia, quæ adquirunt, adquirunt Domino.

Cor. 1. Non habent jus testamenti factionis, neque etiam contrahere possunt. 2. Jure perfecto alimenta a Dominis exigunt.

§. 41.

Jure Romano servi sunt res, non personæ *L.* 2. §. 2. *ff. ad leg. aquil.*

Prop. i. Quæcunque domino licent in res, etiam de jure Romano domino licent in servos.

Prop. ll. Servi de jure Romano nullo gaudent statu.

Cor. Jurium & obligationum sunt incapaces.

Prop. lll. Servitus Romanorum est servitus perfecta.

§. 42.

Jam ante introductionem Juris Romani servitutis jugum Germanis genti

Digitized by Google

genti cæteroquin liberrimæ fuiſſe cognitum oſtendunt JULIUS CÆSAR *Cap.* 13. *de Bell. Gall.* & TACITUS *de Morib. Germ. Cap.* 5. eorum tamen conditionem in aliquibus meliorem fuiſſe, & adhuc eſſe oſtendit BOEHMER *in diſſert. de ſtatu hominum propriorum &c.* tum etiam jura, & obligationes, quæ ſervis competunt, & infra explicanda veniunt.

PROP. I. Magna inter ſervos Germaniæ, & Romanorum eſt differentia; unde ea, quæ in jure Romano continentur, non ſemper tuto ad ſervos germaniæ adplicari poſſunt.

PROP. II. Servi Germanorum gaudent libertate, quamdiu ejus limitatio oſtendi nequit.

PROP. III. Quæ de ſervis Germaniæ dici poſſunt pro locorum, & provinciarum diverſitate etiam ſunt diverſa.

COR. Ex eo, quod quis ſervus in certa quadam provincia ad hoc, illudve præſtandum ſit obligatus, nondum tuto infertur, illud etiam ad alios ſervos in alia quadam provincia ſitos eſſe extendendum.

SCHO-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SCHOLION. Ex citata supra *clarissimi* BOEHMERI Dissertatione porro manifestum est, servos in Germania statu tales, perpetuos quidem, & obnoxios esse, non tamen perfectos.

§. 43.

Homo proprius dicitur, qui in dominio alterius est ratione suæ personæ, & bonorum, si qua possidet, & eidem ad certas præstationes obligatur.

PROP. I. Homines proprii sunt servi Germanorum.

SCHOLION. Pro diversitate temporum, locorum, & personarum, quibus serviebant etiam diversa sortiti fuerunt nomina v. gr. *Cassati*, *Gassindi*, *Glebarii*, *Regii*, seu *Fiscalini*, *Ecclesiastici*, *Privatorum*, *Albini*, *Aldii*, *Censuales*, *Cossati*, *Curmediales*, *Hubbarii*, *Lassi*, *Lidi*, &c

PROP. II. Qualitas hominis proprii est qualitas adquisita.

§.

Digitized by Google

§. 44.

Qualitas hominis proprii eſt qualitas adquiſita. (§. 43. Prop. 2.) omnis autem adquiſitio ſupponit factum quoddam, ſeu modum, per quem adquiritur: ergo etiam qualitatem hominis proprii adquirendi varii dantur modi; de conſtitutione primæva, & origine hominum propriorum, uti & progreſſu vide BOEHMER *l. citat.* igitur vel naſcuntur, vel fiunt.

PROP. I. Partus ſequitur ventrem. (*L. 24. C. de liberal. Cauſſ.* JUS BAV. *P. I. Cap.* 8. §. 5. *n.* 3. & 4. ORAC JURID. *Tom.* 5. *p.* 166. ENGAU *Jus germ. L. I. tit.* 3. §. 29. *Schol.*

PROP. II. Si mater ſerva ſit, etiam partus ſervit.

PROP. III. Si mater tempore uteri geſti unico tantum momento libera ſit, partus etiam eſt liber.

SCHOLION. Nota, hæc omnia, quæ hactenus de hominibus propriis dicta ſunt, atque adhuc dicentur, eatenus tan-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

tantum locum habere, quatenus ſpecialis quædam obſervantia in contrarium non exiſtat.

§. 45.

Servus quis fit, ſi adquirat prædium, cui onus ſervitutis cohæret; cujus ſervitutis localis fundamentum eſt in pacto quodam tacito.

PROP. Si homo liber nubat fæminæ ſervæ, quæ prædium quoddam ſerviens poſſidet, is cum liberis fit ſervus, ex ratione quod liber nequeat poſſidere prædium ſervile.

SCHOLION. JUS BAV. *P. I. C. VIII.* §.8. prædio cuidam ſervienti nullatenus eam vim tribuit, ut ejus poſſeſſor inde fiat ſervus, licet antea illud a ſervis fuerit poſſeſſum, ſed inde format qualitatem quamdam realem, quæ a 30. annis retro probari debet. Admiſſa etiam hac qualitate poſſeſſorem non aliter pro ſervo agnoſcit, niſi quatenus ejus notitiam habuerit, quam nullo modo præſumit, quæ porro qualitas ſolum poſſeſſorem afficit, nec

ad

Digitized by Google

ad uxorem vel liberos, multo minus ad locatores extenditur.

§. 46.

In cujuslibet potestate est, an libertatem suam ulterius retinere velit, nec ne.

PROP. Servitus, seu qualitas hominis proprii etiam constituitur pacto tum tacito, quam expresso, titulo oneroso, vel gratuito, ita tamen, ut ille, qui pacto se ad servitutem adstringit, major sit 20. annis. §. 4. *J. de Jure Pers.*

SCHOLION. JUS BAV. *P. I. Cap. VIII.* §. 4. huic servitutem constituendi modo nullatenus contradicit, requirit tamen, ut paciscens sub potestate alterius non sit, nec etiam tutelæ, vel curatelæ subsit. Eodem jure si pater pacto se in servitutem det, liberis jam natis pactum illud nullo modo præjudicium infert.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 47.

Si quis 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes operas ſerviles alicui præſtiterit, contra eum eſt præſumtio juris, quod ſit homo proprius, quæ tamen adhuc probationem in contrarium admittit. Si vero 30. annis pro ſe, ſuisque operas ſerviles præſtiterit, ejus libertas ita amittitur, ut nulla probatio in contrarium ſit admittenda.

SCHOLION. I. JUS BAV. *P. I. Cap.* 8. §. 6. præſcriptioni ordinariæ cum titulo locum dat, ſine titulo autem 30. annos requirit.

II. Quatenus ſervitus adquiratur per nuptias, vide ORAC. JURID. *tom. V. p.* 168.

§. 48.

Homines proprii ratione ſuæ perſonæ exiſtunt in dominio. Unde etiam

Digitized by Google

etiam nomen illorum originem trahere videtur Leibeigene.

Cor. 1, Statum suum invito Domino mutare nequeunt.
2. Fugitivi a Dominis vindicari possunt, quocunque auffugerint, dummodo non in eum locum, qui vi privilegii cujusdam a servitute eximit; cessat etiam revocatio, si homo proprius propter sævitiam Domini auffugerit. Revocatio tamen ita fieri debet, ne cedat in præjudicium tertii Excell. L. B. de Kreitmaier *in notis ad Cod. Max. Civ. P. I. Cap.* 8. §. 15.
3. Regulariter, quæ sibi adquirunt, etiam Dominis adquirunt.
4. Domino competit jus servum suum immorigerum coercendi.
5. Eundem quocunque titulo eum, vel sine prædio alienandi.
6. Si homo proprius omnia adquirit suo Domino, is obligatur, ut illi alimenta præstet.

§. 49.

Homo proprius, qua talis obligatur domino ad certas præstationes; præstationes autem illæ pro locorum, & provinciarum diversitate, vel plures, vel pauciores sunt: regu-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

gulariter tamen in omnibus fere locis ut plurimum obligantur 1.) ad operas. 2.) ad Censum. 3. ad Maritagium. 4. ad Mortuarium solvendum.

§. 50.

Servitia in labore corporis consistentia dicuntur *operæ*, quæ vel *reales* sunt, si intuitu prædii præstentur, vel *personales*, si intuitu status, aut personæ, vel *determinatæ*, vel *indeterminatæ*, *solitæ*, vel *insolitæ*; dantur etiam operæ, quæ manibus, vel jumentis præstantur.

Prop. I. Operæ hominum propriorum personales sunt, licet, si homo proprius prædium quoddam servile possideat, etiam reales adsint.

Cor. 1. Operæ hominum propriorum per alium præstari nequeunt.
2. Mutato prædio non cessant.
3. Quot sunt homines proprii, tot etiam operas debent.

Prop. II. Operæ hominum propriorum regulariter, & in dubio præsumun-

Digitized by Google

tur indeterminatæ. Cl. D. Sutor *Elect. jur. & for. hod. conclus.* 63.

Cor. 1. Dominus operas, quas vult, quando, & quomodocunque libuerit, exigere potest: meminerit tamen dominus se in exactione operarum cum homine agere.
2. Qui operas determinatas esse ait, illud probare debet.
3. Determinationi operarum probatæ strictissime est inhærendum.

a) Operæ determinatæ nec in alias etiam similes sine utriusque voluntate mutari possunt.
b) De loco in locum, de tempore in tempus extendi nequeunt.
c) Ab homine proprio in eadem quantitate, & qualitate semper præstari debent.

4. Operas vel lex, vel consuetudo, vel pactum determinat.
5. Operæ indeterminatæ quoad tempus, etiamsi longissimo tempore non sint exactæ, tamen præscribi nequeunt.

Prop. III. Ad operas insolitas homo proprius obligari nequit, quæ vero operæ vel solitæ sint, vel insolitæ, cujusvis provinciæ leges, & mores determinant. Jus Bav. hominem proprium ad easdem operas, si determinatæ non sint, obligat, ad quas reliqui subditi tenentur.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. IV. Homo proprius regulariter tantum ad manuarias operas obligatur, quia reales ab iis tantum præſtantur, qui præſidia poſſident, jumenta & currus habent.

Scholion. In certis quibusdam provinciis obtinet der Dienſtzwang, vi cujus pueri, & puellæ hominum propriorum tenentur operas ſuas domeſticas prius offerre domino ſuo, antequam aliena ſubeant ſervitia.

§. 51.

Obligantur etiam homines proprii ad *Cenſum* domino ſuo exſolvendum; habent enim homines proprii noſtri proprium quoddam patrimonium, quatenus jura, quædam ſingularia ipſis non obſtant. *Cenſus* autem hoc loco eſt certa præſtatio, ab homine proprio, qua tali, certis temporibus domino præſtanda.

Prop. I. Cenſus præſtatur ab homine proprio, qua tali.

Cor. Cenſus, quem præſtant homines proprii, differt ab eo, qui præſtatur ciui-

Digitized by Google

tu bonorum, quæ quis possidet, & *realis* dicitur.

Prop. II. Census præstari potest vel in pecunia, Gülde, vel frumento, Kornpachte, vel pecoribus, Haupt, und Leibhünnhern.

Prop. III. In quæstione *an*, & *quomodo* determinationi ex pacto, vel consuetudine probe est inhærendum. Cl. D. Sutor. *l. cit. conclus.* 62.

Scholion. In aliquibus locis adhuc obtinent Census promobiles Rutscher-Zinsen, quæ in casum moræ tamdiu duplicantur, donec præstatio fiat.

Prop. IV. Census hominis proprii pertinet ad ejus personalia.

Cor. Inde Dominus ratione ejus nec hypothecæ, nec prælationis jure gaudet.

Scholion. Jus Bav. *P. I. Cap.* 8. §. 13. circa censum hominum propriorum in specie nihil determinat, sed omnia ad observantiam cujusvis loci, uti & ad tenorem pacti remittit.

§. 52.

Jure Romano servorum nullum erat connubium, sed in contubernio esse

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

esse dicebatur. Jure hodierno servi, & homines proprii matrimonium verum inire quidem possunt *c.* 1. *X. de conj serv.* consensum tamen domini prius requirere obligantur, quodsi omissum fuerit, matrimonium quidem validum manet, sed illicitum. Unde in quibusdam locis obtinet, ut homines proprii pro consensu matrimoniali impetrato certum quid præstent, quod *Maritagium* dicunt.

SCHOLION. Volunt quidam Maritagium originem ducere *ex antiquo jure primarum noctium.*

§. 53.

De Jure Romano, quum servi nihil proprii haberent, necessario illis etiam facultas in eventum mortis disponendi fuit ademta, quod hodie cessat, quum plerumque homines proprii suo gaudeant patrimonio, ita tamen, ut jus succedendi domino in certa hominis proprii bo-

na

Digitized by Google

na maneat integrum, quod *Mortuarium* dicitur, germanice Todfall, Tode Hand.

PRop. I. Per mortuarium facultas testandi in hominibus propriis, quoad portionem illam, quæ domino debetur, aliquatenus est restricta.

PRop. II. Non ubique eodem modo succedit dominus: in quibusdam locis tertiam, aut dimidiam partem capit; in aliis rem singularem, vel istius generis optimam v. g. optimum animal, vestem; in aliis iterum locis obtinet jus Electionis, Cuhrrecht, in Bavaria 5. pro 100. ab omnibus bonis summuntur.

PRop. III. Mortuarium non debetur nisi morte hominis proprii.

§. 54.

Denique homines proprii, seu Germanorum servi in omnibus illis gaudent libertate, ratione quorum illa in legibus ademta non legitur. gaudent ergo.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1) Statu, & ſunt Perſonæ.
2) Proprio ſuo patrimonio.
3) Teſtamenta faciunt.
4) Contrahunt.
5) Habent jus connubiorum STRYCK *Uſ. Mod. ff. L. I. tit.* 5. §. 7. *&c.*
6) In eos jus vitæ, & necis, niſi per modum competentis jurisdictionis altæ nequit exerceri.

PROP. Homines proprii, ſeu ſervi Germanorum a ſervis Romanis quoad jura eorum præcipua quam maxime differunt.

§. 55.

Si homo proprius certo quodam tempore in poſſeſſione libertatis bona fide fuerit, per hoc deſinit eſſe homo proprius.

SCHOLION I. Tempus præſcriptionis de jure communi vix determinare auſim, ſed variant ea in re quam maxime jura provincialia: aliqui putant, ſi homo proprius ſciente nec reclamante domino libertatem nactus fuerit, ei malam fidem non obeſſe, & eo modo 40. annis libertatem adqui-

Digitized by Google

quiri; sin vero homo proprius bona fide 10, & respective 20. annis se pro libero gesserit, hoc quoque sufficere credunt ORAC. JURID. *Tom. V. p.* 204.

SCHOLION II. JUS BAV. *P. I. C.* 8. §. 17. præscriptionem hoc casu quidem admittit, sed non nisi lapsu 30 annorum, ubi ulterius supponit scientiam, & patientiam domini, & ex parte hominis proprii bonam fidem.

§. 56.

Declaratio voluntatis a domino facta, quod servum statu talem in sua potestate dominica habere nolit, dicitur *manumissio*.

PROP. I. Manumissio est renunciatio juris domino in servum, seu hominem proprium competentis.

PROP. II. Tot modis fieri potest, quot modis voluntas declaratur.

COR. Manumissio fit vel *tacite*, vel *expresse*, *conditionate*, vel *pure*, *plene*, vel *minus plene*, *titulo oneroso*, vel *gratuito*, *per actum inter vivos*, & *mortis caussa*.

SCHO-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SCHOLION. I. In quibusdam Germaniæ locis obtinent *affrancamenta*, die Erlaßbriefe.

SCHOLION. II. Uti & certa præstatio pro manumissione facienda.

PROP. III. Manumissio ita fieri debet, ne sit in præjudicium illius, qui manumittitur, vel alius cujusdam.

COR. In fraudem creditorum fieri non potest, quod est fundamentum L. *Ælia Sentia*.

PROP. IV. Manumissio præsumi nequit, sed probari debet.

PROP. V. Ad manumissionem tacitam refertur 1) si homo proprius se in locum conferat, qui ad id specialiter est privilegiatus, ut libertatem det. 2) in specie de Jure Bav. adquisitio officii, vi cujus juris sigillandi quis capax est, cessat etiam 3.) potestas domino in hominem proprium competens, si ea abutatur.

PROP. VI. Manumissione juste facta manumissi fiunt statu liberi.

§.

Digitized by Google

§. 57.

Ex jure personarum, seu jure status oriuntur etiam certæ actiones quæ *in specie præjudiciales* dicuntur, & vel *affirmativæ* sunt, vel *negativæ*, nec non tam in petitorio, quam possessorio locum habent. Ex statu igitur libertatis oritur *actio præjudicialis de libertate*, quæ vel domino adversus servum, vel servo adversus dominum datur; dicitur etiam alias *judicium liberale*, *liberalis caussa*.

Prop. I. Hæc actio præjudicialis vel affirmativa vel negativa est.

Prop. II. Quilibet tamdiu præsumitur liber, donec servus probetur.

Cor. 1. In actione præjudiciali de libertate ille probare debet, qui alterum servum esse affirmat.

2. Quilibet in possessione, vel quasi libertatis est defendendus.

Prop. III. Actio de liberali caussa vel *directa* est, ubi nempe de ipso statu servitutis, aut libertatis agitur, vel

utilis

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

utilis, ubi de statu servituti affini agitur, v. g. hominibus propriis.

Cor. Hodie actio de liberali caussa non nisi utilis est.

Scholion. Sunt etiam aliæ actiones, quæ occasione libertatis, vel status hominis proprii oriuntur, non tamen ex ipso libertatis, vel servitutis statu v. g. actio rei vindicatoria, actio servi corrupti utilis, & aliæ.

CAPUT III.
DE RUSTICIS.

§. 58.

Dum de *rusticis* loquor, intelligo homines ruri degentes, qui ex agrorum cultura quæstum faciunt.

Prop. Tria sunt essentialia rustici, 1) ut ruri degat. 2) Ut arva, & agros colat. 3) Ut inde quæstum faciat.

§.

Digitized by Google

§. 59.

Olim rusticos omnes servilis fuisse conditionis loquuntur authores citati apud CEL. BOEHMERUM *de imperfecta rusticorum libertate in Germania.* Ergo

1. Nihil juris, aut potestatis sibi potuerant attribuere in prædia, & agros sibi concessos.
2. Operis indeterminatis fuerant subjecti.

Occasiones, per quas conditio rusticorum servilis in melius fuit mutata, non ubique fuere eædem, nec eosdem ubique effectus produxere. Ad has pertinent 1. Conatus principum potentiam Nobilium, quæ potissimum in servis consistebat, imminuendi, quod commode fieri potuit servos ad libertatem promovendo. LUDEWIG *de jure Client. Sect. III. C. 2. §. 2.*

Inde 1. Aditus rusticis conquerentibus apud principes patuit.
2 Eorum auxilio freti liberius contra dominos potuerunt insurgere.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3. Ubi Nobilium potentia major, aut principum aditus difficilior, ibi etiam illibata mansit dominorum potestas: habemus hic primum in æqualitatis fundamentum.

4. Hoc videtur esse prima, & generalis occasio, qua mediante rustici ad libertatem pervenire potuerunt.

Altera occasio ad libertatem perveniendi rusticis obtigit tempore Cruciatarum seculo XI. quibus incredibilis rusticorum copia nomen dedit. MAIMBOURG *dans L' histoire des Croisades.* Per sacras has expeditiones Germaniæ Nobilitas ita fuit attrita, ac omnes provinciæ cultoribus suis ita fuerunt orbatæ, ut pœne non (verbis historiæ utar) invenirent, quem apprehenderent mulieres septem virum unum; quotquot dein rustici fuerunt superstites absentibus, vel omnino extirpatis Nobilibus, liberrimam a servitute sese eximendi potestatem habuerunt, quæ occasio etiam non ubivis locorum eadem fuit

Ter-

Digitized by Google

Tertia occasio fuit introductio jurium peregrinorum, & erectio Academiarum in Germania, quod hodie adhucdum videmus; in illis enim locis, & provinciis, in quibus nullæ, aut paucissimæ extant Universitates, rusticorum etiam conditio durior est v. g. Westphalia, Hollsatia, Pomerania, Lusatia &c.

Quarta occasio derivatur ex indulgentia, & negligentia dominorum: non enim omnes domini æque indulgebant servis suis, aut rebus suis prospicere negligebant. Ex his jam sequitur.

PROP. I. Omnes rustici olim homines proprii fuerunt.

COR. 1. Rustici tamdiu tenentur ad easdem præstationes, ad quas homines proprii, quamdiu libertatem non probaverint.
2. Rustici in dubio obligantur ad operas indeterminatas, dissentit ILL. DE SELCHOW *in Elem. jur. germ.* §. 341. *not.* 7.
3. Quoad eos cessat præsumtio libertatis de jure communi.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. II. Ex inæqualitate liberationis etiam inæqualitas, & diversitas rusticorum in germania concipitur.

§. 60.

Non omnes homines proprii ex eadem ratione, & eodem modo se liberarunt a potestate dominorum (§. 59.) & hæc inæqualitas liberationis est fundamentum inæqualitatis inter rusticos (§. 59. Prop. 2.) quare quum aliqui occasionem a dominorum potestate se liberandi omnino non arripuerint, alii vero ea usi sint, manifestum est, dari in Germania servos, qui naturam hominis proprii in hunc usque diem retinent, & de quibus supra dictum est. Reliqui vero qui plane liberi sunt, vel immediate Imperio subsunt, des H. R. R. Freybauern, quales dantur in Franconia, & Suevia, vel subsunt quidem dominis territorialibus, sine ullo tamen præstationum vinculo, aut

Digitized by Google

aut eo saltem valde exiguo, **Freysassen, Freybauern,** ad quos etiam referri certo modo possunt **Landsiedel, Zinß-Pachtleuthe.**

Prop. I. Rustici Imperii liberi subsunt quidem soli Imperio non obstat tamen, quo minus sese unacum suis prædiis in cujuscunque fidem, ac protectionem pro lubitu conferre possint.

Prop. II. Vivunt in libertate perfecta.

Cor. Ab omnibus oneribus tam realibus, quam personalibus sunt liberi, nisi quatenus sponte ad collectas Imperii conferunt Oracul. Jurid. *Tom. V. p.* 216. Fritsch *de Jure pagorum Cap.* 6. §. 2.

Prop. III. Rustici liberi mediati in omnibus gaadent juribus liberorum, neque præter onera territorialia quidquam præstant: de his uberius agit Ill. de Selchow *Elem. Jur. germ.* §. 368. *& seq.*

§. 61.

Tertia illorum species est, qui se a dominorum potestate tantum minus plene liberarunt, quod vel ita

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ita factum est, ut ratione suæ personæ quidem liberi sint, ratione vero prædiorum, quæ possident, servilis conditionis, vel ita, ut a plerisque oneribus servilibus immunes sint, illi seu rustici primi generis vocantur *rustici in specie.*

§. 62.

Rusticus est homo ratione suæ personæ liber, sed ratione prædiorum, quæ possidet, servilis conditionis,

PROP. I. Rustici sunt quidem servi, sed statu liberi.

PROP. II. Ratione personæ non serviunt sed ratione prædii.

Cor. 1. Quicunque possidet prædium quoddam rusticum servile, obligatur ad easdem præstationes, ac rusticus.

2. Præstationes rusticorum omnes sunt reales, seu prædio inhærent.

3. Diviso ergo prædio pariter dividuntur, aucto augentur, diminuto diminuuntur.

SCHOLION. Habemus hic fundamentum, cur divisio prædiorum rusticorum sit prohibita.

Digitized by Google

4. Etiam per alium præstari possunt.
5. Relicto prædio etiam cessat obligatio ad istas præstationes.

Prop. III. Diversitas præstationum in rusticis, quatenus in hoc significatu sumuntur, dependet a varietate prædiorum.

§. 63.

Pro diversitate prædiorum, quæ rustici possident, in diversas abeunt species: Sunt enim vel *Emphiteutæ*, *Censitæ*, **Erbrechten, Leibrechten, Freystiften, ganze, halbe, drittel, viertel Bauern, Sedlbauern, und Söldner, Bausöldner, Leerhäusler,** de quibus omnibus, quatenus Bavariam concernunt vide Clingensperg *Jus Hoffmarchiale*.

Scholion. Quænam jura rusticis tam diversarum specierum competant, infra dicam, ubi de prædiis rusticorum fusius tractandi occasio se offeret, de operis rusticorum etiam suo loco latius dicetur: quomodo rustici differant a *colonis*, *agricolis*, *censitis* ad-

Digitized by Google

Digitized by Google

adscriptitiis Romanorum vide FRITSCH *de jur. pag. Cap.* 5.

§. 64.

Coronidis loco addam quædam de rusticorum privilegiis, quorsum pertinent

1, Rusticis permissum est ignorare jus & quidem ob præsumtam eorum simplicitatem, quæ tamen ignorantia non excusat.

a) Si sit juris naturalis.

b) Si jus sit ita constitutum, & voluntas legislatoris ita declarata, ut omnes etiam simplices per eam obligatos esse velit.

c) Si actui certa solennitas est præscripta.

d) Si prope urbem habitant.

2. In rebus agriculturæ destinatis non permittitur fieri executio.

3. Illis in testamentis certæ solennitates remittuntur.

4. Tempore messis in judicio stare non obligantur, atque alia multa, quæ omnia se fundant in favore rei agra-

Digitized by Google

riæ, & rusticorum præsumta simplicitate; de privilegiis eorum vide FRITSCH *de jur. pag. cap.* 24. ORAC. JURID. *Tom. V. p.* 324.

CAPUT IV.

DE NOBILIBUS.

MEMBRUM I.

DE NOBILITATE IN GENERE.

§. 65.

Tanta omnium hominum, imo & gentium integrarum in relatione ad se invicem æqualitas est, ut nulli præ altero certa quædam prærogativa competat. Factum tamen ut civitatibus constitutis, & civili imperio introducto prima quasi hominum inæqualitas oriretur, vi cujus alii imperantes sunt, alii subditi: æquum hic fuerat, ut qui reipublicæ

curam

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

curam gerant, reliquis etiam dignitate, & aliis prærogativis præstent. Quum porro ab uno non omnia ita curate administrari potuerint, ne quod res publica inde detrimentum caperet, opus fuit, ut particula quædam potestatis illius supremæ etiam aliis committeretur, ut illam nomine imperantis exercerent. Illi igitur, qui officiis præsunt, quæ circa administrandam, tuendemque rempublicam versantur in sensu juris publici universalis *Nobiles* dici possunt.

Prop. Prudentia & aptitudo certa reipublicæ officia administrandi fundamentum nobilitatis primum est.

Cor. In isto significatu nobilitas nullo modo ad liberos transit, sed mere personalis est.

§. 66.

Olim Germani antiqui secundum prudentum conjecturas in Principes, & Magistratus. 2. in Ingenuos, & 3. in Rusticos fuere divisi. Primi

mi generis homines nobilitatem superiorem, secundi vero generis inferiorem constituebant. STRUBEN *de Orig. & Progressu Nobil. Germ.* C. 2. §. 2. ILL. DE SELCHOW *Elem. Jur. germ.* §. 234. *& seq.* qui originem Nobilitatis Germanicæ eleganter demonstrat.

PROP. Ingenui ergo antiquitus cum Nobilibus ejusdem erant conditionis.

SCHOLION. Quomodo ulterius Nobilitas Germanica magis creverit, imo eam quam hodie habet, formam nacta sit, vide eundem STRUBEN *L. C.*

§. 67.

Hodie *Nobilitas* est complexus certarum prærogativarum, & honorum ex singulari principis gratia determinato cuidam subjecto concessarum.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 68.

Nobilitatis varii dantur gradus, alia *inferior* eſt, alia *ſuperior*. Ad hanc referuntur *Principes*, *Comites*, *Barones*: ad illam *S. R. I. Equites*, *Patricii*, ac omnes, qui nobilitate tantum perſonali gaudent.

§. 69.

Nobilitas ſuperior vel *immediata* eſt, quæ immediate Imperio ſubeſt, vel *mediata*, quæ ſubeſt dominis territorialibus, dicitur etiam *Landſaſſiatus*.

§. 70.

Nobilitas vel alicui ita competit ut jam ejus majores ſanquine & natalibus excelluerint, *avita*, vel ut eam noviter adquiſiverit, *diplomatica*, *nova*. Nobilitas avita vel talis eſt, ut quis nobilitatem majorum ſuorum tam maternæ, quam paternæ

lineæ

Digitized by Google

lineæ certo numero, & statutis Ecclesiarum, vel ordinum Equestrium conformi possit probare, ein Stift, Turnier-mässiger Adel, vel non.

§. 71.

Nobilitas *Personalis* est, quæ expirat cum persona illius, cui est concessa, *gentilitia* est, quæ integræ cuidam familiæ conceditur.

§. 72.

Nobilitas conceditnr ex singulari Imperantis gratia (§. 67.) Imperans ergo est fons omnis nobilitatis.

Cor. 1. Pro universo Imperio nobilitatem confert Imperator.
2. Pro singulari vero quavis provincia quilibet dominus territorialis.

Scholion. Loquor hic tantum de originaria nobilitatis collatione, & omnibus nobilitatis speciebus communi: de modis adquirendi nobilitatem per officium quoddam, per nativitatem &c. infra dicam.

3.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3. Adquiritur etiam nobilitas voluntate Imperantis tacita, seu mediante præscriptione.

4. Minime vero nobilitatem tribuit Castri nobilis possessio, quoad personalia, sed tantum quoad realia.

5. Omnis nobilitas in dubio præsumitur, adquisita titulo oneroso.

§. 73.

Nobilitas est qualitas hominis adventitia, quæ sine prævio quodam adquisitionis facto homini non inest, ideoque præsumi nequit, sed probari debet: probatur autem nobilitas

1. Diplomate concessionis apud Nobiles recentiores.

2. Notorietate probatur nobilitas avita, si actus tales allegentur, ad quos non nisi nobiles admittuntur v. g. si quis probet majores suos membra Ecclesiarum cathedralium, ordinum Equestrium fuisse.

3. Qui vero nobilitatem majorum suorum eo fine probat, ut ad Ecclesias Cathedrales, vel ordines Equestres ad-

Digitized by Google

admittatur, in eo curatior nobilitatis probatio requiritur.

§. 74.

Nobilitas eſt complexus certarum prærogativarum (§. 67.) ad has quatenus omnibus Nobilium ſpeciebus communes ſunt, refero, quod

1. In dubio pro Nobilibus major fit præſumtio virtutis, quam pro plebejis; unde

   a) In teſtimonium vocati non jurato, ſed ſub fide nobili in propriis ædibus deponunt.

2. Ad officia publica regulariter præ plebejis vocentur, imo a quibusdam plebejos omnino excludant.

3. Habeant privilegium fori, & in Bavaria immediate quidem ſubſunt dicaſteriis Principis.

4. Si delinquant, mitius puniantur, nec ad torturam ſint trahendi.

5. A plebejis ſe diſtinquant titulis, veſtitu, inſignibus.

6.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

6. A præstationibus publicis, & hospitationibus militum sint immunes.

7. Gaudeant jure proædriæ præ plebejis.

SCHOLION. Quum conservatio nobilitatis præcipue pertineat ad nobilitatem gentilitiam, de ea tum agam, ubi instituti ordo id exiget.

§. 75.

Quum nobilitas inter ea referatur, quæ homini natura non insunt, manifestum est, fieri etiam posse, ut quis ea qualitate excidat, quod contingit

1. Morte tam naturali, quam civili, consequenter etiam per professionem religiosam.

2. Delicto infamante, ubi tamen requiritur in sententia condemnatoria degradationis expressam mentionem fieri.

3. Sunt, qui mercatura nobilitatem etiam hodie adhuc amitti existiment, sed minus recte, ob rationes ab ILL. SELCHOWIO *in Elem. Jur. germ. §.* 247. allegatas.

4.

Digitized by Google

4. Minime vero nobilitas vel confertur, vel amittitur jure hodierno per adoptionem.

Scholion. Omnes fere hi modi nunc primum recensiti nobilitatem determinati cujusdam subjecti, quod vel deliquit, vel alias nobilitate privatur, extinquunt. Et vix, ac ne vix quidem horum omnium casus quidam dari potest, qui etiam posteros nobilitate privet. De modis nobilitatem amittendi specialibus suo quovis loco dicatur.

MEMBRUM II.

DE APANAGIATIS.

§. 76.

Sicuti nobilitas in omnibus præ plebejis certis gaudet prærogativis, ita etiam quasi necessarium est, ut familiæ Illustres in primo suo splendore conserventur, imo etiam in dies

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

dies magis crescant. Quum autem sæpissime fieret, ut familiæ illustres numerosa prole abundarent, & secundum jurium communium dispositionem cuilibet liberorum æqualis portio ex bonis parentum esset assignanda, factum est, ut Nobilitatis Germanicæ fautores de mediis cogitarent, quibus bonorum paternorum divisiones evitarentur. Voluerunt igitur, ut non omnes, quibus ab intestato succedendi jus esset, ad succedendum admitterentur, sed successio privativa vel penes unum, vel tantum penes certam lineam, usque ad ejus extinctionem existeret.

§. 77.

Jus lineæ primogenitæ competens in bona avita cum exclusione reliquarum linearum succedendi, dicitur *Jus primogenituræ*.

Digitized by Google

Prop. I. Finis primogenituræ eſt, ne nimiis diviſionibus bona avita diminuantur, & per conſequens ſplendor familiarum quid patiatur.

Cor. Introductio juris primogenituræ eſt remedium aptiſſimum familias illuſtres conſervandi.

Prop. II. Introducto jure primogenituræ in primogenitum transeunt omnia familiæ bona.

Cor. Primogenitus repræſentat totam familiam.

§. 78.

Quum introducto jure primogenituræ ulterius geniti a ſucceſſione in bona paterna excludantur, quam tamen capere jure potuiſſent, neque etiam familiis ſatis eſſet proſpectum, ſi uno opibus affluente reliqui ejusdem gentis quaſi ad incitas redigerentur; manifeſtum eſt primogenito incumbere, ut ſecundo genitis ita de alimentis proſpiciat, ut ſtatui ſuo convenienter vivere poſſint.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 79.

Portio bonorum primogenituræ cæteris liberis masculis, quibus succedendi spes adhuc est, ad tuendam interim dignitatem a primogenito præstanda dicitur *apanagium*.

Prop. I. Apanagium omne supponit introductionem juris primogenituræ.

Cor. 1. Quoties omnia familiæ bona penes natu maximum solum sunt, toties portio secundo genitis relinquenda est verum apanagium.

2. Quoties bona familiæ sunt dividua, toties apanagio locus non est.

3. Per apanagium consulitur familiarum splendori.

Prop. II. Apanagium dat primogenitus.

Prop. III. Apanagium datur omnibus secundo genitis, & is cui apanagium debetur, dicitur *apanagiatus*.

Prop. IV. Apanagium non adimit secundo genitis jus successionis eventualis.

Prop. V. Apanagium magis convenit alimentis, quam legitimæ.

Prop.

Digitized by Google

PROP. VI. Apanagium vel *legale* est, vel *conventionale*.

SCHOLION. I. In quonam apanagium consistat, in thesi adeo stricte definiri nequit, plerumque tamen in annuis reditibus consistit. Jure Germanico vix est possibile, ut determinata apanagii quantitas inveniatur.

SCHOLION. II. Auctis reditibus ex bonis avitis augendum etiam esse apanagium ita evinco: apanagium certo modo habet rationem alimentorum civilium, (§. præs. Prop. 5.) alimenta autem civilia determinari debent pro ratione patrimonii illius, qui obligatur ad alendum, & præterea pro conditione alendi; (§. 48.) si igitur patrimonium primogeniti crescit, etiam crescere apanagium debet. Pluribus vide ILL. ac CEL. PÜTTERUM *in dissertatione de augendo apanagio auctis reditibus*.

§. 80.

Per apanagium apanagiatis jus eventualis successionis non adimitur (§. 79. Prop. 4.)

PROP.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. Primogenitus bona primogenituræ in præjudicium secundo genitorum non potest alienare.

Cor. Extincta linea primogenita apanagiatus lineæ secundo genitæ primogenitus desinit esse apanagiatus.

§. 81.

Per constitutionem apanagii, & juris primogenituræ introductionem ea tantum jura in primogenitum conferuntur, quæ terris avitis inhærent.

Prop. Jura personalia apanagiatis etiam qua talibus salva manent.

Cor. 1. Apanagiati gaudent eodem nomine, insignibus, tesseris, ac primogenitus.

2. Si familia, in qua jus primogenituræ, & apanagium est introductum, gaudeat jure territoriali, apanagiati subsunt jurisdictioni primogeniti.

Scholion. Ab apanagiatis differunt *Paragiati*, qui æquali jure cum fratribus majoribus succedunt, licet primo, vel etiam secundo genitus aliquid habeat præcipuum: Differentia in eo est

Digitized by Google

1. Paragium accipitur pro legitima, apanagium pro alimentis.
2. Paragiati succedunt tanquam hæredes, sed inæqualiter, apanagiati ad tempus ab hæreditate excludunturur, & sola alimenta ad dies vitæ exigunt.

§. 82.

Quum apanagium tantum constituatur secundo genitis eo fine, ut interim se pro eorum conditione alere possint, sequitur apanagium cessare 1. extincta linea primogenita. 2. morte apanagiati. 3. renuntiatione.

Prop. Apanagium morte secundo geniti, vel ejus renunciatione cessans redit ad primo genitum.

MEM-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MEMBRUM III.
DE NOBILITATE GENTILITIA AVITA.

§. 83.

Prærogativæ illæ, quæ alicui tanquam nobili ex jure primævæ concessionis competunt, & ad omnes posteros extendi debent, *Nobilitatem Gentilitiam* constituunt.

Prop. I. Nobilitas gentilitia a descendentibus non adquiritur jure hæreditario, sed jure proprio, & vi primævæ concessionis.

Scholion. Nota tamen, nobilitatem tantum extendi ad legitimos, minime vero ad illegitimos, utpote qui nec nomine, neque etiam insignibus patris gaudent.

Prop. II. Dantur jura, quæ Nobiles Gentilitii habent communia cum omnibus Nobilibus, & quæ (§. 74.) fuerunt recensita. Dantur etiam jura specifica, quorum fundamentum est nobilitas omnium descendentium: quæ ergo ex dato fundamento deduci possunt,

Digitized by Google

ſunt jura Nobilitatis Gentilitiæ in genere, ſpecialiſſima autem ſunt, quæ ex diverſis Nobilitatis Gentilitiæ ſpeciebus oriuntur.

Prop. III. Nobilitas gentilitia præter modos nobilitatem amittendi ſupra §. 75. memoratos perit interitu totius familiæ.

§. 84.

Ad prærogativas Nobilitatis Gentilitiæ pertinet jus portandi inſignia cum apertis galeis.

Prop. I. Inſignia ſunt ad dignoſcendas familias apta.

Cor. 1. Qui eadem inſignia portant, ſunt ejusdem agnationis.

2. Qui teſſeras alienæ gentis ſibi ſumit, falſi a quolibet iſtius gentis conveniri poteſt.

3. Inſignia pereunt cum ultimo Gentis.

4. Non tranſeunt ad cognatos.

Prop. II. Jus inſignia concedendi eſt jus majeſtaticum.

Cor. 1. Quilibet proprio motu ſibi inſignia cum apertis galeis tribuere non poteſt.

a)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

a) Quod tamen possunt ex speciali privilegio Doctores.

2. Jus disponendi de coloribus insignium pertinet ad principem.

Prop. III. Vexillorum, annulorum signatorum, pontium, villarum, & omnium rerum, quibus insignia sunt impressa, is videtur esse dominus, cujus insignia sunt impressa.

Cor. Insignia Ecclesiis addita inferunt jus patronatus.

Prop. IV. Non tamen insignia semper sunt signa nobilitatis.

Cor. Inde a nobilitate ad insignia, non vero ab insignibus ad nobilitatem valet argumentatio.

§. 85.

Nobilitas Gentilitia vel noviter primum adquiritur, *Nobilitas Gentilitia Nova, Diplomatica*, vel a majoribus nostris cum sanguine ad nos propagatur, *Nobilitas Gentilitia Avita*, quæ si statutis Ecclesiarum Cathedralium vel ordinum Equestrium sit conformis, dicitur **ein Stift Turnier-mässiger Adel.**

Prop.

Digitized by Google

Prop. I. Omnis nobilitas avita non nisi mediante generatione determinato cuidam subjecto competit.

Prop. II. Non omnis nobilitas avita est etiam ein Stift und Turnier-mässiger Adel.

Cor. Ex hoc, quod quis sit nobilis avitus, non statim sequitur, eum esse ita nobilem, ut ad capitula, & Ecclesias cathedrales indistincte admittatur.

Prop. III. Qui ad ordines Equestres, aut Ecclesias Cathedrales adspirat, probare debet, se eo modo nobilem esse, quo illud ejusmodi ordinum, vel Ecclesiarum statuta exigunt.

§. 86.

Nobilitas avita vel tantum ex parte patris in nos derivatur, ein halb-bürtiger Adel, vel etiam ex parte matris, ein voll-bürtiger Adel, quæ ultima species iterum vel *pura* est, si in adscendentibus tam paternæ, quam maternæ lineæ nullus sit diplomaticus, vel ignobilis, vel *im-*

pura

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

pura, si inter adscendentes talis inveniatnr.

Prop. I. Der halb-bürtige Adel, uti & nobilitas impura vi statutorum omnium fere Ecclesiarum Cathedralium, vel ordinum Equestrium ad capitula, vel tales ordines non admittitur, sed ea prærogativa est non nisi nobilitatis avitæ, plenæ, & puræ.

Prop. II. Quis ex nobilitate avita pura ad dicta collegia, & quidem ad determinatam quamdam Ecclesiam, vel ordinem in specie sit admittendus in regula definiri nequit, sed in eventum statuta horum collegiorum sedulo sunt inspicienda.

§. 87.

Nobilitati, quatenus avita est, etiam competunt certæ prærogativæ, quarum fundamentum est sequens

Prop. *Nobilitas avita præ reliquis speciebus Nobilium habet jus adspirandi ad eas dignitates, & honores, ad quos non admittuntur,*

Digitized by Google

tuntur, nisi qui nobilitatem majorum suorum certo numero & qualitate probare possunt.

Inde patet

1. Dari dignitates, ad quas non nisi Der voll- bürtige Adel adspirare potest, ubi insuper requiritur nobilitatem esse puram.
2. Dari officia, & dignitates, ad quas neque pura nobilitas, neque etiam der vollbürtige Adel adspirare potest, nisi nobilitatem avorum numero, & qualitate iis dignitatibus conformi doceat.
3. Regulariter nobilitatem avitam præ aliis admitti. 1. Ad torneamenta, seu ludos Equestres. 2. Ad ordines Equestres. 2. Ad Capitula Ecclesiarum Cathedralium Germaniæ. 4. Ad dignitatem Camerarii cujusdam Principis.

§. 88.

Nobilitas omnis est status hominis, qui illi a natura non competit, sed ex concessione Imperantis, consequenter probari debet. Probatur autem

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1. Nobilitas gentilitia per diploma concessionis.

2. Nobilitas avita probatur per stemata genealogica, quæ si nobilitas avita in genere probanda est, ita comparata esse debent, ut inde pateat, omnes determinati cujusdam subjecti majores fuisse nobiles.

3. Si Der voll- bürtige Adel probari debeat, ex stemate genealogico constare debet, majores tam paternæ, quam maternæ lineæ fuisse nobiles.

4. Si nobilitas pura sit probanda, ex stemate genealogico debet constare, nullum ex majoribus tam paternæ, quam maternæ lineæ fuisse diplomaticum, vel ignobilem.

5. Si ex stemate genealogico probetur, der Stiftmässige Adel, ex eo constare debet omnes majores certo numero eo modo fuisse nobiles, quo id statuta capituli, vel ordinis, ad quem quis adspirat, exigunt.

§.

Digitized by Google

§. 89.

Si quis prærogativas, quas quis habet intuitu nobilitatis, efficit manere sibi, *nobilitatem conservat.*

Prop. I. Nobilitas gentilitia conservatur, quamdiu quis adest ex ea gente, cui istæ prærogativæ competunt.

Prop. II. Conservatur Nobilitas avita per propagationem sanguinis.

Prop. III. Nobilitas avita conservatur pura per nuptias cum persona nobili, non diplomatica contractas.

Prop. IV. Der stiftmässige Adel conservatur ineundo nuptias cum fæmina, quæ pariter est ejusdem, & æqualis nobilitatis.

Scholion. Est & alius significatus hujus vocis: *conservare nobilitatem*, nempe quod idem sonat, ac efficere, ut familia quædam maneat in primo suo splendore, imo augeatur; hoc fit divisiones bonorum in familiis illustribus prohibendo, quorsum pertinet

1. Introductio fideicomissorum.
2. Introductio juris primogenituræ.
3. Constitutio apanagiorum.
4. Renuntiatio filiarum.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 90.

Pereunt prærogativæ, quæ nobilitati gentilitiæ cohærent præter modos generales supra memoratos. 1. Cum ultimo Gentis. 2. Nobilitas desinit esse voll- bürtig, si mater sit ignobilis, vel etiam alii majores ex linea materna. 3. Nobilitas desinit esse pura per generationem ex nuptiis cum matre ignobili, & diplomatica contractis. 4. Der Stift mässige Adel desinit per nuptias, & [illegible] iis factam generationem cum fæmina quidem nobili, sed non ejus nobilitatis, quæ ad determinatum quoddam Capitulum, vel Ordinem requiritur.

Prop. I. Ex hoc quod quis respectu certi cujusdam capituli si unstiftmässig, nondum sequitur illum esse talem respectu reliquorum.

Prop. II. Si nobilitas avita desinat esse pura, etiam plerumque, & vi statutorum, plerarumque Ecclesiarum & Ordinum desinit esse Stiftmässig.

Prop.

Digitized by Google

Prop. III. Per hoc, quod quis desinat esse Stiftmässig, tantum amittuntur ea jura, quæ cum ista qualitate necessario cohærent, non vero jura Nobilitatis Gentilitiæ in genere, vel prærogativæ Nobilium in genere.

Prop. IV. Amissa semel qualitas eines Stiftmässigen non aliter iterum adquiritur, quamsi nuptiæ in ea gente tamdiu cum filiabus aus einem Stiftmässigen Adel fuerint contractæ, donec avos nobiles justo numero, & qualitate possit allegare.

§. 91.

Nobilitas gentilitia diplomatica est nobilitas integræ cuidam familiæ noviter adquisita.

Prop. I. Omnis nobilitas avita originetenus fuit diplomatica.

Cor. Consequenter a Nobilibus avitis despicatui haberi non debet.

Prop. II. Jura Nobilitatis Gentilitiæ diplomaticæ sunt, quod 1) transeat ad omnes descendentes legitimos, 2) quod nobilitas diplomatica suo tempore

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

pore avita fieri possit, ubi desinit esse diplomatica, & gaudet juribus avitorum.

PROP. III. Gaudet jure insignium.

PROP. IV. Perit cum Gentis ultimo.

MEMBRUM IV.

DE NOBILITATE IMMEDIATA, ET MEDIATA.

§. 92.

Nobiles, qui immediate subsunt Imperio dicuntur *Immediati*, qui vero immediate subsunt dominis territorialibus, dicuntur nobiles *Mediati* seu *Lansassii*.

PROP. Prærogativæ Immediatorum præ mediatis se fundant non tam in nobilitate, quam immedietate.

COR. Quæcunque jura ex immedietate deduci possunt, ea sunt jura Nobilium Immediatorum propria.

SCHO-

Digitized by Google

Scholion. Quum sedes materiæ de Nobilibus Immediatis fundetur in Jure Publico Imperii, lectorem illuc remitto, si qua ampliora desideret: hoc loco solum agimus de Lansassiatu.

§. 93.

Vocis: *Lansassius* varii sunt significatus. *In sensu generico Lansassius* dicitur, qui prædium quodcunque in territorio alicujus principis possidet.

Prop. Landsassiatus in eo significatu nullo modo nobilitatis quædam species est, eoquod possessio prædii in se, & ex sua natura non nobilitat.

§. 94.

In sensu specifico Landsassius vel sumitur in sensu latiori, vel in sensu strictiori. *In sensu specifico latiori Landsassius* dicitur possessor prædii cujusdam, quod tabulæ provinciali est insertum.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. I. Etiam ignobiles possunt esse Landsassii in hoc sensu v. gr. civitates.

Prop. II. Possessio prædii, quod tabulæ provinciali est immatriculatum, tribuit qualitatem status provincialis.

Cor. Jura, quæ Landsassio in sensu latioori competunt, non ex nobilitate, sed qualitate status provincialis sunt deducenda.

§. 95.

Status Provincialis dicitur, qui intuitu prædii, quod possidet tabulæ provinciali insertum, habet jus suffragii in comitiis provincialibus.

Prop. I. Non omnes prædiorum possessores sunt etiam status provinciales.

Prop. II. Qualitas status provincialis est qualitas realis.

Cor. 1. Cum prædio transit ad quemcunque ejus possessorem.
2. Non est dignitas personæ.

Prop. III. Etiam ignobiles possunt esse status provinciales.

§.

Digitized by Google

§. 96.

In sensu strictiore Landsassius est persona nobilis, quæ prædium quoddam equestre possidet tabulæ provinciali insertum.

Qui Jura Landsassiorum in hoc ultimo, & proprio sensu explicare vult, diversa eorum fundamenta probe distinguere debet.

Prop. I. Landsassius in isto significatu est persona jam aliunde nobilis.

Cor. Landsassius in sensu strictiore nobilitatem non habet qua Landsassius, sed quia aliunde est nobilis.

Prop. II. Landsassius in isto ultimo significatu possidet prædium matriculæ provinciali insertum.

Cor. Inde etiam est status provincialis.

Prop. III. Landsassius possidet prædium Equestre.

Cor. I. Consequenter gaudet omnibus juribus, & privilegiis, quæ in determinata quadam provincia cum possessione præ-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

prædii cujusdam equestris sunt connexa v, g. jurisdictione, & aliis &c.
2. Tantum præstat die Ritter Steuer.

Prop. IV. Landsassius possidet prædium equestre domino cuidam territoriali subjectum.

Cor. 1. Domino territoriali est subjectus.
2, Convenitur immediate coram dicasteriis principis, sub quibus ejus prædia sita sunt.

§. 97.

Pro diversitate Provinciarum etiam Landsassii vario modo dividuntur; sic in Saxonia abeunt in *Schrifft sassios*, qui cancellariæ principis sunt subjecti, & in *Amtsassios*, qui sunt sub jurisdictione præfecturarum.

Prop. I. Schrifft, vel Amtsassiatus regulariter inhæret prædio.

Prop. II. Schrifftsassii sunt exemti a Jurisdictione præfectorum.

Cor. Iis a principe, vel ejus curia immediate rescribitur.

Digitized by Google

SCHOLION. Plura de Amt, & Schrifftsassiis vide apud SCHILTER *de Amtsassiis*, & STRUV *de Schrifftsassiis*.

MEMBRUM V.

DE RELIQUIS NOBILIUM SPECIEBUS.

§. 98.

Nobilitas, quæ alicui competit, tantum pro sua persona dicitur *Personalis*, quæ vero alicui intuitu certæ dignitatis competit, dicitur *Nobilitas Officialium*.

PROP. I. Nobilitas personalis est jus personalissimum.

COR. Expirat cum persona.

PROP. II. Nobilitas officialium inhæret officio, & dignitati.

COR. Adquiritur cum dignitate, & cum ea perit.

PROP. III. Vi nobilitatis personalis, & officialis alicui competunt omnia jura omni-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

omnibus Nobilium ſpeciebus communia, non vero propria.

Cor. 1. Nobiles ratione ſuæ perſonæ, vel officii nobilitatem non propagant ad ſuos deſcendentes.

2. Non poſſunt adſpirare ad dignitatem Camerarii, ad ordines Equeſtres, vel Capitula Eccleſiarum Cathedralium.

§. 99.

Ad nobilitatem perſonalem etiam referuntur certo modo *Doctores*, & *Perſonæ Graduatæ*, quæ quidem ævo priore in multis quædam præ Nobilibus Gentilitiis præcipua habuerunt, quorum tamen omnium non niſi flebiles quædam reliquiæ ſuperſunt: ut autem conſtet, quam inſignis fuerit Doctoris qualitas, addam hoc loco ſingulas eorum prærogativas, de quibus mihi quidem notitia eſt. Igitur

1. Liberantur ab omnibus oneribus, & præſtationibus perſonalibus.
2. Immunes ſunt ab hoſpitationibus militum.
3. Gaudent beneficio competentiæ.

Digitized by Google

4. Gaudent jure insignium, atque ita quidem, ut sibi ipsi citra specialem Imperatoris concessionem quævis insignia sumant, modo alteri non sint propria.

5. In judicium vocati ad testimonium ferendum domi deponere possunt, clauso, & sub fide doctorali.

6. Torturæ subjici nequeunt.

7. Antiquitus habebant jus adspirandi ad Ecclesias Cathedrales, cujus privilegii vix non omnino sublati vestigia quædam in aliquibus adhuc Ecclesiis existunt.

8. Immediate subsunt dicasteriis principum.

9. Injuria in eos commissa dicitur *atrox*.

10. Habent jus gladios, torques aureos, & alia insignia portandi.

11. De rebus suæ professionis ubivis terrarum docere, legere, disputare, & respondere possunt.

Plura vide apud ITTER *de Gradibus Accademicis*. & HARPRECHT *L. 2. Inst.* ubi fusius privilegia Doctorum pertractat.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 100.

Denique in Nobilium numero etiam aliquo modo locantur *Patricii*, qui ſunt cives Urbium Imperialium, aut etiam Provincialium Inſigniorum primi. Hi etiam ſicut Nobiles vel *antiqui* ſunt, vel *novi*.

PROP. I. Patricii, quia prærogativas ſuas non habent ex conceſſione imperantis, non ſunt veri Nobiles.

SCHOLION. Inde videmus quasdam Patriciorum familias ſibi nobilitatem ab Imperatore comparaſſe.

COR. Patricii qua tales ad torneamenta, aut Eccleſias Cathedrales nullo modo admittuntur.

PROP. II. Quæ jura Patriciorum propria ſint, conſuetudines, & jura ſtatutaria determinant.

PROP. III. Inter prærogativas tamen primarias refertur, quod præ reliquis ad dignitatem ſenatoriam illius, civitatis, in qua exiſtunt, adſpirent, dantur tamen etiam Patricii, qui dicuntur **Unraths-fähige**.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRUM VI.

DE NOBILITATE BAVARICA.

§. 101.

Dum de Nobilitate Bavarica hoc loco ſermo eſt, omitto ea jura, atque eas Nobilium diviſiones, ex qua non niſi jura oriuntur, quæ Nobilibus Boicis cum reliquis Germaniæ Nobilibus ſunt communia: ſunt igitur etiam in Bavaria Nobiles Aviti, & Diplomatici, item nemo dubitabit quoad numerum avorum, niſi aliæ ſpeciales qualitates exigantur, Bavaros ad omnes Germaniæ Eccleſias Cathedrales eſſe admittendos, ſed hoc reſpectu non aliis utuntur juribus, quam quæ membris præcedentibus fuere recenſita. Dividimus igitur meliori fundamento Nobilitatem Boicam in *Gentilitiam*, & *Perſonalem*.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 102.

Olim in Bavaria originarie omnis jurisdictio erat penes Serenissimos Duces. AVENTINUS *L 7. in Annal. Bojorum.* Otto tamen Dux Bojariæ, & Hungariæ Rex, quum Regno Hungariæ excidisset, atque debita ingentia ad ejus recuperationem contraxisset, Statibus Bavariæ, qui in extinctionem eorum opibus suis concurrebant, anno 1311. Landishuti concessit Jurisdictionem inferiorem in eorum prædiis, seu Hoffmarchiis, vide 1. Freybrief *de dato Landishuti die S. Viti* 1311; unde etiam descendit *Jurisdictio Hoffmarchialis* in Bavaria.

PROP. I. Jurisdictio Hoffmarchialis Nobilibus non competit, vi nobilitatis, sed intuitu ejus, quod sint status provinciales, seu prædiorum, quæ matriculæ provinciali sunt insertæ, possessores.

PROP. II. Jurisdictio Hoffmarchialis est privilegium reale.

Cor.

Digitized by Google

Cor. 1. Cum pago transit ad quemcunque possessorem, etiam ignobilem, qui dicitur ein unbefreyter Guts-Innhaber.
2. Possessio Hoffmarchiæ non nobilitat.

Prop. III. Concessio jurisdictionis hoffmarchialis ex privilegio Ottonis tantum concernit Status Provinciales inferioris Bavariæ, quæ extensio ad Status superioris Bavariæ primum fiebat anno 1506. Perill. ac Excell. L. B. de Kreitmaier *in not. ad Cod. Jud. Bav. Cap. I.* §. 21.

Prop. IV. Hæc concessio tantum intelligi debet de integris pagis, & communitatibus, quæ illo tempore jure reali ad Status pertinebant, minime vero ad prædia singularia in præfecturis provincialibus sita.

§. 103.

Postea Serenissimus Dux Albertus anno 1552. Statibus suis Provincialibus, eoquod debita ad 800000. florenos solvenda in se suscepissent in dem 60. Freybrief varia privilegia clementissime concessit. Nobilitati vero Bavaricæ suæ in specie juris-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

risdictionem hoffmarchialem ita ampliavit, ut eam in prædiis etiam singularibus, quæ alias in districtu præfecturarum provincialium erant sita, extenderet, quam *Jurisdictionem Privilegiatam* dicimus.

PROP. I. Jurisdictio privilegiata non omnibus Nobilibus indistincte in Bavaria competit, sed illis tantum, qui tempore concessionis Albertinæ Nobilitati Bavaricæ fuerunt addicti, vel quibus ea noviter ex singulari Serenissimi Principis gratia fuit concessa. *Decret. Declarat. de anno* 1641.

PROP. II. Jurisdictio privilegiata est jus quorundam Bavariæ Nobilium privativum.

PROP. III. Est jus familiæ cujusdam personale, nec inhæret fundo.

COR. Fæmina nobilis privilegiata nubens non privilegiato hanc jurisdictionem in prædiis separatis amittit.

PROP. IV. Ad hoc, ut quis privilegio Nobilitatis Bavaricæ uti possit, requiritur

1. Ut fuerit nobilis tempore concessionis Albertinæ, vel noviter hoc

hoc privilegium ex Sereniſſimi gratia adquiſiverit.

2. Debet eſſe inſtructus aliquo caſtro, vel hoffmarchia, quæ tabulæ provinciali ſit inſerta, ad quam tanquam principale prædia ſecundaria referantur.

3. Caſtrum principale non debet eſſe diſſitum ultra tria milliaria ab iſtis prædiis ſeparatis.

4. Hæc prædia ſecundaria, & ſeparata debent eſſe vera prædia Höfſe, Hueben.

5. In quibus Nobilis habet proprietatatem, peæſtationes annuas, & canonem annuum accipit.

6. Qui canon debet eſſe verus, eine Grundgült: ergo

a) Canon non debet eſſe reſervativus.

b) prædia non debent eſſe cenſitica.

c) Nec ſubditi debent eſſe homines proprii.

d) Nec debent eſſe communia cum ignobili.

7. Bene tamen extenditur auf die ſogenannte drittel Lehner.

Prop. V. Concipimus hoc modo diverſas Nobilium ſpecies in Bavaria *Privile-*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

vilegii Nobilitatis Bavaricæ capaces, & incapaces.

§. 104.

Inter jura igitur privilegii Nobilitatis Bavaricæ capacium numeramus ſequentia

1. Jurisdictionem inferiorem exercent in bonum ſive nobile, ſive plebejum, etiam noviter adquiſitum, modo adſint reliqua requiſita ſupra Prop. IV. memorata.
2. Nobiles Privilegiati habent jus venandi minores feras in omnibus fundis non ſolum propriis, ſed etiam alienis, & ad principem ſpectantibus,

§. 105.

Jura autem, & privilegia, quæ competunt Nobilibus non privilegiatis, ſunt

1. Jurisdictio hoffmarchialis.
2. Jus venandi tantum exercent in diſtrictu hoffmarchiali.

Digitized by Google

3. Coram ſolo domino territoriali, & ejus dicaſteriis conveniri poſſunt.

4. Habent jus braxandi cereviſiam nigram, vel albam hordeaceam, & etiam in civitates, ubi habitant, pro uſu tantum domeſtico ipſorum avehendi.

5. Ex generali privilegio Sereniſſimi Ducis, & Electoris Ferdinandi Mariæ de anno 1672. gaudent jure erigendi diſpoſitiones fideicomiſſarias, Majoratus, Primogenituras, in ſuis bonis, ita tamen, ut a regimine, ſub cujus diſtrictu hæc bona ſunt ſita, in matriculam redigantur.

6. Emtiones, & adquiſitiones bonorum nobilium ſolum permittuntur Nobilibus, reſervato in caſum alienationis Nobilibus jure protimiſeos.

7. Vidua nobilis vidualitium in defectu pacti petere poteſt.

8. Fundos emphyteuticos trahunt ad manſum dominicum, atque inde a ſteuris ordinariis, atque aliis oneribus eximuntur.

9. Habent beneficium competentiæ.

Plura

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Plura vide apud CLARISS. D. PRUGGER *in dissertatione de Privilegiis Statuum Provincialium Bavariæ.*

SCHOLION. Hæc omnia jura etiam in Nobilitate Privilegiata tanquam minus in majori continentur.

§. 106.

Ad Nobilitatem personalem refertur in Bavaria præcipue die Siegelmässigkeit. Siegelmässig in Bavaria dicuntur illi, quibus præter jus insignia propria habendi etiam aliæ quædam prærogativæ competunt. De Jure Bavarico autem vi CODICIS JUD. *Cap.* 20. §. 9. *n.* 7. pro juris sigillandi capacibus habentur. Alle geistlich und weltliche Stände, oder Landsassen, adeliche Personen, welche der Edelmanns Freyheit fähig, oder sonst für adelich erkannt, ausgeschrieben, oder Edel gebohren seynd, so lang sie sich ihrem

rem Stand gemäß halten. Item graduirte Personen, welche den gradum Doctoratus, vel Licentiatus nicht etwann durch Comites Palatinos, sondern auf bewährten Universitäten erlangt haben. Alle Ober-Officier, Priester, Patricii, oder die von alten Geschlechten in Haupt-Städten, dann alle Churfürstl. vornehme Beamte, worunter nicht nur die Churfürstlich sowohl würklich, als Titular-Räthe, sondern auch Churfürstlich, und Landschaftlich würkliche Secretarii, ferner all jene Beamten, so mit Unterbeamten, versehen sind, wie die Pfleger, Landrichter, Pflegs-Verweser, Kastner, Mautner, Zollner, jedoch mit Ausnahm der blossen Weeg, Neben, oder Beyzollner, desgleichen die Salzmeyer, und vornehme Salzbeamte, dann Wild, und Forstmeister bey jenen Aemtern, welche allzeit mit adelichen, und guten Leuten besetzt gewesen,

und

Digitized by Google

Digitized by Google

und deren Verrichtungen die Jurisdiction nach sich ziehen, weiter der Hof- und Zahlmeister, nebst den Brauverwaltern, und endlich auch die Churfürstliche würkliche Kammerdiener, und Rechnungs Commissarii, dann Burgermeister in denen Haupt Städten verstanden sind.

Prop. I. Jus sigillandi adquiritur vel ab ipso principe, vel adquisitione officiorum, & dignitatum supra memoratarum.

Prop. II. Jus sigillandi pertinet inter privilegia, & in specie ad beneficia juris.

Cor. Iisdem modis amittitur, quibus privilegium.

§. 107.

Qui juris sigillandi capax est, gaudet etiam præterea aliis prærogativis, ad quæ pertinent.

Digitized by Google

1. Omnes actus, qui a plebejis in judicio in scripturam redigi, vel protocollo inseri debent, ab illis manu propria expediri possunt.

Ergo mandatarium in judicio constituunt manu propria, & subscriptione. COD. JUD. BAV. *Cap.* 7. §. 2.

a) Hypothecam expressam sub propria manu, & sigillo constituunt COD. JUD. BAV. *Cap.* 20. §. 9. 4.

b) Si ad contractum quemdam scriptura tanquam essentiale requiratur, illum propria authoritate in scripturam redigunt COD. MAX. CIV. *P. I. C. V.* §. 5. *n.* 3.

c) pacta dotalia propria manu conficiunt COD. MAX. CIV. *P.* I. *C. VI.* §. 29. *n* 3.

d) Uti & sponsalia vi DECRETI NOVISS. 1769. *n.* 1. *&* 3.

e) Uxori, quæ in favorem mariti privilegiis muliebribus renunciat, certioratio, etiam extrajudicialiter per aliam personam habilem fieri potest. COD. MAX. CIV. *P. I. C. VI.* §. 34. *n.* 2. Atque alia, quæ ex dato principio generali facile deduci possunt.

2. Gaudent usufructu in bonis maternis liberorum ad dies vitæ, etiam finita potestate patria. COD. MAX. CIV. *P. I. Cap.* 5. §. 5. *n.* 3.

3.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3. Si persona juris sigillandi capax decedat, ac liberos impuberes relinquat, proximi consanquinei gaudent jure eligendi inter se tutorem. COD. MAX. CIV. *P. I. Cap.* 7. §. 9. *n.* 5.

4. Exhibita sua in judicio clauso præsentare possunt, & vicissim omnia decreta, & signaturæ illis etiam clauso communicantur. COD. JUD. BAV. *Cap.* 4. §. 10.

5. Instrumenta privata a personis duabus juris sigillandi capacibus subscripta habent vim instrumenti publici, nec diffessionem patiuntur. COD. JUD. BAV. *Cap.* 11. §. 2. *n.* 3.

SCHOLION. Jus tamen non jurato testimonium ferendi non est effectus der Siegelmässigkeit, sed privilegium speciale Nobilium, Graduatorum, & Prælatorum. COD. BAV. JUD. *Cap.* 10. §. 14. *n.* 4. & PERILL. ac EXCELL. L. B. DE KREITMAIER *in not. ad hunc* §.

Digitized by Google

SECTIO III.

DE

SOCIETATIBUS, QUÆ TANTUM DUABUS PERSONIS CONSTANT.

CAPUT I.

DE SOCIETATIBUS IN GENERE.

§. 108.

Ea est hominum natura, ac indoles, ut sibi solis non sufficiant: inde quasi necessarium est, ut aliorum vires implorent, quo magis id fiat existens, quod intendunt, seu ut *finem* suum consequantur: possumus ergo concipere conjunctionem hominum ad communem quemdam finem consequendum, quam *societatem* dicimus, & illi, qui eo modo se conjungunt, dicuntur *socii*.

Prop.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. I. Nulla ſocietas ſine fine quodam communi concipi poteſt.

Prop. II. In omni ſocietate ad minimum duæ perſonæ adeſſe debent.

Prop. III. In omni ſocietate plures perſonæ debent eſſe conjunctæ, ſeu debet adeſſe nexus perſonarum.

§. 109.

Omnis ſocietas ſupponit finem communem (§. 108. Prop. I.) qui vel licitus eſt, vel illicitus; inde etiam ſocietas vel *licita* eſt, vel *illicita*; Utraque hæc ſocietas vel habet pro fine communionem ejus, quod noſtrum eſt, vel fieri poteſt, *ſocietas bonorum*, vel alium quemdam finem, *ſocietas perſonarum*.

Prop. Societates illicitæ non ſunt tollerandæ, & nulla omnino gaudent juris aſſiſtentia.

Scholion. Hoc loco tantum ſermo eſt de ſocietate perſonarum; infra ubi de contractibus ſermo erit, dicatur de ſocietate bonorum.

Digitized by Google

§. 110.

Societas perſonarum licita alium quemdam finem intendit, quam communionem bonorum (§. præced.) ergo vel generationem ſobolis, *ſocietas connubialis*, vel ejus educationem, *ſocietas patria*, vel operarum præſtationem *ſocietas dominica*.

§. 111.

Ulterius finis, quem ſocii intendunt, vel perpetuus eſt, vel temporarius: ergo etiam aliæ ſocietates *perpetuæ* ſunt, aliæ *temporariæ*.

PROP. I. Societas temporaria exſpirat cum fine temporario.

PROP. II. Societas perpetua regulariter non niſi ſola morte definit, ſi ſit talis, in qua non in locum defuncti novus quidam ſocius ſuccedit.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 112.

In omni ſocietate ad minimum duæ perſonæ adeſſe debent (§. 108. Prop. 2.) quæ in ſpecie dicitur *ſocietas ſimplex*, ſi conſtat ex pluribus ſocietatibus, dicitur *compoſita*, ſi conſtat ex pluribus individuis, quæ non ſunt ſocietates, dicitur *collegium*. Societates compoſitæ ulterius vel *majores* ſunt, vel *minores*: Unde ortum trahunt *pagi*, *communitates*, & *civitates*.

§. 113.

In omni ſocietate neceſſario debet adeſſe nexus perſonarum plurium (§. 108. Prop. 3.) qui vel voluntarius eſt, vel neceſſarius, prout nempe in ſociorum arbitrio fuit, an ſe dicto modo voluerint conjungere, nec ne: inde *ſocietates* vel, *neceſſariæ* ſunt, vel *voluntariæ*.

Prop.

Digitized by Google

Prop. I. Omnis ſocietas vel ex lege oritur, vel ex pacto.

Prop. II. Societatis voluntariæ natura ex pacto, neceſſariæ vero ex lege eſt deſumenda.

Prop. III. Omnes ſocietates voluntariæ regulariter non ſunt perpetuæ, ſed in ſociorum arbitrio eſt; an ulterius conjuncti eſſe velint, nec ne.

Prop. IV. Societates neceſſariæ vel temporariæ ſunt, vel perpetuæ, & tamdiu durant, quamdiu lex ſociorum conjunctionem præcipit.

Scholion. Patebit infra, quasdam ſocietates, quæ ex ſua natura temporariæ ſunt, voluntate legislatoris factas eſſe perpetuas.

§. 114.

In ſocietate licita ſocii intendunt finem quemdam licitum (§. 109) Ergo etiam illis competit jus ea omnia agendi, ſine quibus finis iſte non poteſt exiſtere, eoquod jus ad finem dat jus ad media. Huc etiam

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

etiam pertinet jus consocios obligandi, ne quid agant contra finem societatis communem: in omni ergo societate concipimus certa jura, & certas obligationes, quæ regulis his fundamentalibus continentur.

REG. 1. Cuivis socio competit jus ea omnia agendi, sine quibus finis societatis non potest existere.

2. Quivis sociorum obligatur, ut ea ommittat, quibus impeditur existentia finis communis.

§. 115.

Jura, quæ ex natura societatis deducuntur, & obligationes. vel competunt omnibus sociis, *jura, & obligationes sociorum collegiales*, vel tantum aliquibus, *jura, & obligationes sociorum propriæ, vel singulorum.*

PROP. Jura, & obligationes, quæ ex societate tanquam persona morali oriuntur, sunt jura collegialia.

PROP.

Digitized by Google

Prop. II. Jura, quæ ſociis tanquam individuis competunt, ſunt jura ſingulorum.

Prop. III. Fieri tamen poteſt, ut quædam jura collegialia ſint translata in certa membra ſocietatis, quo caſu illa jura deſinunt eſſe talia, & fiunt jura ſingulorum.

Prop. IV. Hæc translatio jurium collegialium in unum, vel plures, qui ſunt de ſocietate, vel fit ex lege, vel ex pacto.

§. 116.

Sociis competit jus, & obligatio ea omnia agendi, ſine quibus finis ſocietatis nequit exiſtere. (§. 114.) quare quum ad hoc etiam referatur jus dirigendi actiones ſociorum ad bonum commune obtinendum & hoc jus dicatur *imperium*, ſeu *poteſtas*, ſequitur *in omni ſocietate etiam eſſe imperium.*

Prop. I. Imperium originarie, & ex natura ſocietatis pertinet ad jura collegialia.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PROP. II. Fieri tamen poteſt, ut imperium ſocietatis ſit translatum in unum, vel vel plures ſociorum, quod vel pacto, vel ex lege factum eſt.

PROP. III. Jus transferendi imperium in unum, vel plures ſociorum originetenus eſt jus collegiale.

§. 117.

Imperium ex natura ſocietatis eſt penes omnia ſocietatis membra (§. 116. Prop. 1.) fieri tamen poteſt ut in unum vel plures aut ex pacto, aut ex lege ſit translatum (§. 116. Prop. 2.) nova ergo hoc ex hoc fundamento ſocietatis ſpecies deducitur: nempe concipimus hoc modo ſocietatem, in qua imperium eſt penes omnia ſocietatis membra, ſ. *ſocietatem æqualem*, & aliam, in qua imperium tantum eſt penes unum, vel plures, ſ. *ſocietatem inæqualem*.

PROP. I. Omnis ſocietas ſua natura, & originetenus eſt æqualis.

Prop.

Digitized by Google

Prop. II. Fieri tamen potest inæqualis vel ex lege, vel pacto.

CAPUT II.

DE

SOCIETATE PATERNA.

§. 118.

Finis generationis alius esse nequit, quam generis humani conservatio, qui obtineri nequit, nisi illi, qui sunt procreati vitam conservent atque felicitatem suam promoveant: quod quum a primis nativitatis annis sibi ipsis præstare nequeant, ipsa adeo natura, & ejus lex certis personis injungit obligationem, & veluti nexum earundem constituit, cujus finis est educatio eorum, qui se ipsos educare nequeunt: neque etiam alteri cuivis ab ipsa adeo natura hoc onus

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

onus magis incumbit; quam iis, per quos factum est, ut educandi existant. Ex ipsa igitur natura concipimus societatem, cujus finis est sobolis procreatæ educatio, quam dicimus *societatem patriam*, socii, seu membra ejus societatis sunt *parentes* & *liberi*.

Prop. I. Fundamentum patriæ societatis naturalis est generatio.

Cor. In patria societate non aliæ existunt personæ, nisi quæ mediante generatione immediatam relationem ad se habent.

Prop. II. Societas patria naturalis est societas simplex (§. 112.) & necessaria (§. 113.)

Prop. III. Ejus finis est sobolis procreatæ Educatio.

§. 119.

Societas patria de jure naturali est societas necessaria (§. 118. Prop. 2.)

Prop.

Digitized by Google

Prop. Parentes tamdiu ab illa ſocietate recedere nequeunt, quamdiu liberi ſe ipſos educare non valent.

Cor. 1 Ceſſante onere educandi ceſſat ſocietas patria.

2. Eo reviviſcente iterum reviviſcit.

3. Nunquam plene diſſolvitur, ſed quaſi ſuſpenditur.

§. 120.

In omni ſocietate concipitur jus dirigendi actiones ſociorum ad ſcopum ſocietatis (§. 116.) quod imperium, ſeu poteſtas dicitur (§. cit.) ergo etiam in ſocietate patria.

Prop. I. Imperium in ſocietate patria ſe fundat in facto generationis, ad quod quis concurrebat.

Cor. 1. Imperium patrium de Jure naturali tam penes matrem, quam penes patrem eſt.

2. In reſpectu quoad parentes ſocietas patria eſt ſocietas æqualis.

Prop. II. In reſpectu ad liberos ſocietas patria eſt ſocietas inæqualis, & quidem ex lege.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§ 121.

Societas patria pro fine habet educationem ſobolis (§.118.Prop.3.) quæ tam matri, quam patri competit (§. præc. Cor. 2.)

Prop. Quæcunque jura, & obligationes ex onere educandi deduci poſſunt ſunt jura, & obligationes patriæ poteſtatis naturalis, inde

1. Parentes obligantur ad felicitatem liberorum promovendam.
2. Iis debent præbere alimenta.
3. Eos tenentur perficere tam quoad animam, quam quoad corpus.
4. Reverentiam, & obedientiam a liberis exigunt, uti &
5. Operas œconomicas, quamdiu victum a parentibus accipiunt.

§. 122.

Atque hæc ſunt, quæ de ſocietate patria naturali dici poſſunt, alia autem eſt ſocietas parentum, quatenus jure civili conſideratur: hic tamen notes

Digitized by Google

tes, patriam potestatem naturalem introductione juris civilis minime fuisse sublatam, sed tantum per jura positiva magis determinatam: est ergo societas patria etiam de jure civili

1. societas simplex.
2. Necessaria, &
3. In respectu ad liberos inæqualis.

§. 123.

Patria societas etiam de jure civili quoad liberos est societas inæqualis (§. præc.) maxime tamen potestas illa parentum fuit immutata 1. Per hoc, quod hæc societas etiam respectu parentum fuerit facta inæqualis. 2. Per hoc quod uni parentum præ altero plura jura in liberos fuerint concessa, quæ jure naturali vel omnino non competebant ulli parentum, vel saltem erant communia. Patet inde *potestatem patriam civilem*, de qua hoc loco, esse patriam

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

triam potestatem naturalem per prærogativas quasdam soli patri ex jurium civilium dispositione competentes magis fuisse determinatam.

§. 124.

Potestas patria civilis in complexu prærogativarum consistit, quæ ex jurium civilium dispositione soli patri fuerunt concessæ (§. præc.) quare quum diversa jura civilia varias patri prærogativas attribuerint, id nunc operam dabimus, ut quid quovis jure eidem vel accesserit, vel decesserit, curatius examinemus. Igitur 1. de patria potestate civili Romanorum antiqua. 2. De illorum noviore agemus. 3. De jure Germanico antiquo ejus naturam determinabimus tum vero 4. quid jure hodierno locum habeat, evolvemus.

S.

Digitized by Google

§. 125.

De jure Romano antiquo tempore Romuli teste *Livio Lib. I. Histor.* tanta erat potestas patria in liberos, quanta Domini in servos, ita ut loco potestatis patriæ a Livio *Majestas Patria* dicatur. Ostendit illud ipsa Romuli lex: *Parentum in liberos omne jus esto relegandi, vendendi, & occidendi.* Præterea hæc prærogativa tantum erat Civium Romanorum *L. 3. ff, de his, qui sui, vel alien.* Ex his infero: *Patria Potestas de Jure Romano antiquo* est dominium quiritarium patri in liberos competens.

Prop. I. Omnia jura patris in liberos se fundant in hoc principio, quod illi in respectu patris sint res.

Cor. 1. Constituunt unam tantum personam cum patre.

2. Sunt in dominio.

a) possunt indistincte alienari.

b) Possunt vindicari a quocunque detentore.

c)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

c) Quæcunque adquirunt, ea non sibi sed patri adquirunt.

d) Potest in eos exerceri jus vitæ, & necis.

e) Obligantur ad servitia patri præstanda,

f) possunt dari noxæ.

Prop. II. Pater illis dat tutorem in testamento.

Prop. III. Iisdem pupillariter substituit.

Scholion. Ne quis mihi dicat jura, quæ ex educatione fluunt, utrique parentum esse communia; consequenter etiam jus tutorem dandi in testamento. Sed respondeo, jura naturalia, quæ ex educatione deducuntur, utrique parentum esse communia, quatenus non inter prærogativas sunt relata, quod de tutore testamentario factum esse ostendit lex XII. tabularum: *Paterfamilias uti de pecunia, tutelave rei suæ legassit, ita jus esto.*

§. 126.

Antiqua illa patria potestas ipsis adeo Romanis durior visa est, quam quæ in omnibus foret retinen-

Digitized by Google

da. Unde eſt, quod illam in iis, quæ duriora viſa ſunt, immutatam videamus; & quidem jus vitæ, & necis ab Alexandro Severo in diſciplinam domeſticam mutatum eſt L. 3. C. *de Pat. Poteſt.* porro facultas alienandi ad extremæ neceſſitatis caſum fuit reſtricta L. 2. C. *de Patr. qui fil. diſtrah.* & jus indiſtincte adquirendi limitatum fuit per introductionem peculiorum. Conſiſtit ergo *de Jure Romano noviori poteſtas patria* in prærogativis, quæ ex antiquo dominio quiritario fuerunt retentæ, vel limitatæ.

§. 127.

Germani antiqui, uti in omnibus, ſic etiam in materia patriæ poteſtatis jura naturalia magis ſequebantur, quam peregrina. RENZ *de mixtura Jur. Rom. & Germ. in materia de patria poteſtate.*

PROP.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prop. De Jure Germanico antiquo patria potestas non alia fuit, quam quæ naturali jure fuit introducta.

§. 128.

Introductio Juris Romani in multis Jura Germanica & constitutiones domesticas vel immutavit, vel omnino sustulit, atque uti supra capite proæmiali ostensum fuit, dubii valoris reddidit: ubi simul etiam dictum fuit jus certum esse præferendum juri dubio, consequenter tamdiu esse præsumendum pro Jure Romano, donec valor juris domestici in hunc usque diem fuerit probatus, quod etiam ad materiam de patria potestate adplicari potest. Studiosi enim ex Academiis, in quibus jura peregrina didicerant, reduces uti in omnibus jurium domesticorum ignari, ita etiam quoad casus circa patriam potestatem in foro obvenientes jus Romanum adplicabant; unde valor Juris Germanici circa istam materi-

Digitized by Google

am dubius est factus. Præterea illud semper in foris nostris obtinuisse satis ostendit materia de peculio, quæ quidem juris Romani creatura est, sed in omnibus fere Germaniæ juribus provincialibus fuit retenta. IDEM RENZ *in cit. Diss. th.* 5. *&* 6. Est ergo *patria potestas civilis hodierna* patria potestas civilis Romanorum novior moribus, ac statutis Germaniæ ad nos propagata.

PROP. Quæcunque jura ex antiqua Romanorum potestate patria sunt retenta, ea etiam jure hodierno ad prærogativas patris sunt referenda.

COR. 1. De jure hodierno pater, & filius habentur pro una persona. ILL. A WERNHER *P. V. Obs.* 189.

a) Filius nequit contrahere cum patre, quatenus est sub ejus potestate.

2. Dat tutorem in testamento, & substituit pupillariter. Consentit CODEX MAX CIV. *P. I. Cap.* 7. §. 5, *n.* 1. & 2. *item P. III. C.* 3. §. 20.

3. Adquirit per liberos pro ratione peculiorum. Consentit COD. MAX. CIV. *P. I. Cap.* 5. §. 3. 4. 5. & 6.

4.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

4. Habet jus consentiendi in nuptias liberorum, quæ eo præterito fiunt illicitæ. Consentit Cod. Max. Civ. *P. I. C.* 6. §. 4.

5. Vindicat liberos a quocunque detentore.*

Scholion. I. * Jus hoc videtur de Jur. Bav. vi Cod. Max. Civ. *P. I. C.* 4. §. 3. ad jura utrique parentum communia referri.

Scholion II. De Jur. Bav. vi Cod. Max. Civ. *P. I. C.* 5. §. 2. adhuc notandum est, eo jure unitatem personæ inter patrem, & filium esse sublatam.

§. 129.

Inter præcipuos tamen effectus patriæ potestatis de jure hodierno refertur jus adquirendi per liberos pro peculiorum diversitate (§. præc. Cor. 3.) est autem *peculium* complexus bonorum, quæ filius familias habet separata a rationibus paternis.

Prop. Omne peculium ex sua natura supponit patriam potestatem.

Cor.

Digitized by Google

Cor. Cessante patria potestate civili cessat etiam peculium.

§. 130.

Peculium autem a filiofamilias vel est adquisitum intuitu militiæ, *militare*, vel non, *paganum*. Peculium militare vel est adquisitum intuitu belli, *castrense*, vel intuitu studiorum, *quasi castrense*. Jure etenim antiquo filiifamilias nulla ratione proprium quidquam sibi adquirere poterant, quod dein Julius Cæsar, ut homines ad militiam alliceret, eatenus limitavit, ut filiifamilias, si quæ ipsis intuitu belli parta forent, eorum intuitu pro patribusfamilias haberentur, quem favorem dein Augustus, ut homines etiam ad studia, & bonas artes alliceret, eodem tenore, ac vi extendit.

Prop. I. Ratione peculii castrensis, vel quasi filiifamilias habentur pro patribusfamilias.

Cor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Cor. 1. Ratione ejus cum patre possunt contrahere.

2. possunt etiam de peculio castrensi, vel quasi testari.

3. In iis filiusfamilias habet dominium usum fructum, & si majorennis sit, administrationem.

Prop. III. Ad peculium castrense referuntur omnia bona, quæ quis vel directe, vel indirecte, dummodo intuitu militiæ, adquisivit *L. 6. C. de castr. pecul.* etiamsi ab ipso patre donata fuerint *L. 1. C. de castr. pecul.*

Prop. III. Bona intuitu militiæ adquisita non desinunt esse castrensia, etiamsi militia fuerit finita *L. 4. §. fin. ff. de castr. pecul.*

Prop. IV. Ad peculium quasi castrense pertinent omnia, quæ filiusfamilias ex officio publico, & intuitu studiorum adquisivit. Lauterbach *Colleg. Pand. L. 15. tit. 1. §. 15.*

Prop. V. Hoc peculium in omnibus æquiparatur castrensi. Idem Lauterbach. *l. cit. §. 17.* Cum his omnibus etiam consentit Cod. Max. Civ. *P. I. C. 5. §. 4.* Et Perill. ac Excell. L. B. de Kreitmaier, *in not. ad eund. §.*

§.

§. 131.

Peculium paganum complectitur ea bona, quæ filiusfamilias non intuitu militiæ adquisivit. (§. præced.) Hæc bona vel ab ipso patre, vel intuitu patris adquiruntur, *profectitium*, vel non, *adventitium*.

PRop. I. Quidquid ex re patris filiofamilias obvenit, hoc totum patri adquiritur §. 1. *inst. per quas pers.* ita, ut neque momento subsistat in persona ejus, per quem adquiritur. *L.* 79. *ff. de adquir. vel omitt. hæred.*

COR. Peculium profectitium habet naturam peculii antiqui.

a) In dubio præsumitur pro peculio profectitio. LEYSER *Med. ad Pand. Specim.* 164. *med.* 7.

b) In peculio profectitio patri competit ususfructus, dominium, & administratio.

c) Fructus peculii profectitii cedunt patri.

PRop. II. Ad peculium profectitium pertinent omnia bona, quæ filiusfamilias vel ab ipso patre, vel ejus intuitu ad-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

adquisivit, quæ enim invidia est, quæ ex re patris, vel ejus occasione profecta sunt, hæc ad eum reverti §. 1. *inst. per quas pers.*

§. 132.

In peculio profectio patri tam dominium, quam ususfructus, & administratio competit (§. præc. l. b.) in arbitrio tamen patris est, an filiofamilias administrationem concedere velit, nec ne.

PROP. I. Administratione filiofamilias in peculio profectitio concessa natura hujus peculii non immutatur.

COR. Quæcunque filiusfamilias durante administratione adquirit, patri, non sibi adquirit.

PROP. II. Administratio hæc peculii est mere precaria. COD. MAX. CIV. *P. I. C.* 5. §. 3. *n.* 1.

COR. A patre pro lubitu revocari potest, si tamen in ipsa emancipatione filiis non ademit, illud donasse censetur. *L.* 31. §. 2. *ff. de donat.* COD. MAX. CIV. *P.* I. *Cap.* 5. §. 3. *n.* 3.

Prop.

Digitized by Google

Prop. III. Si filiusfamilias in administratione peculii profectitii debita contraxerit, creditores patrem convenire possunt *actione de peculio*, quæ est instituta contra patrem ad id, ut ea, quæ ex contractu filiifamilias in administratione peculii debentur, præstet, quatenus peculium sufficit.

Cor. 1. Datur hæc actio illi, qui cum filiofamilias ratione peculii contraxit.

2. Adversus Patrem, qui administrationem filio concessit.

3. Sed tantum pro quantitate peculii.

4. Hæc actio annalis est finita patria potestate, ea durante vero perpetua, *L. 1. §. 1. ff. quando de pecul. act. annal. est.* De jure tamen Bavarico annalis est, facta computatione a die ademtæ administrationis. Cod. Mav. Civ. *P. I. Cap. 5. §. 3. n. 2.*

Prop. IV. Peculium profectitium extinguitur cum patria potestate.

§. 133.

Peculium adventitium filiusfamilias nec a patre, nec etiam intuitu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

tuitu patris habet (§. 131.) neque etiam titulo militiæ. (§. cit.)

PRop. I. Peculium adventitium complectitur omnia bona, quæ filiusfamilias adquisivit, modo non a patre, vel titulo militiæ fuerint adquisita: huc ergo referuntur bona, quæ quis adquirit titulo donationis, legati, successionis, bona materna, inventio thesauri &c.

PRop. Extinquitur extincta potestate patria.

§. 134.

In peculio adventitio filiofamilias vel competit dominium, patri vero ususfructus, & si minorennis sit administratio, *peculium adventitium ordinarium*, *regulare*, vel tam dominium, quam ususfructus est penes filium, *adventitium irregulare*, *extraordinarium*: ad hoc ultimum referuntur 1. ea, quæ filius hac conditione adquirit, ne pater in iis habeat usumfructum, quæ tamen conditio

ditio de Jùr. Bav. expresse adjecta esse debet, non tacite. Cod. Max. Civ. *P. I. Cap.* 5. §. 6. *pr.* Ulterius hæc conditio tantum illis bonis potest adjici, quæ non necessario sunt relinquenda liberis. 2. quæ filius contra voluntatem patris adquirit. 3. Ea bona, quæ cum patre fratri suo, vel sorori germanæ succedens ex successione adquisivit. 4. Bona, respectu quorum pater renunciavit juri suo, vel expresse, vel tacite, & denique 5. ea, quæ filiofamilias ex imperantis gratia obvenerunt.

PRop. I. In peculio adventitio irregulari patri nec dominium, nec ususfructus competit, administratio autem eo tantum casu locum habet, si filio adhuc minorenni ab authore peculii administrator non sit datus.

PRop. II. De Jure communi filiusfamilias de peculio adventitio irregulari, si perfectæ ætatis sit, inter vivos potest disponere, uti & mortis caussa donare. Lauterbach *Colleg. Pand. L.* 15. *tit.* 1. §. 27. minime vero testari

Digitized by Google

Digitized by Google

ſtari, licet pater hoc permiſerit. *pr. inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

PRop. III. De Jure Bavarico peculium adventitium irregulare in omnibus æquiparatur peculio caſtrenſi, vel quaſi. COD. MAX. CIV. *P. I. C.* 5. §. 6. *pr.*

COR. De Jure Bavarico filiusfamilias ratione peculii hujus recte condit teſtamentum; ex comparatione §. 6. *pr. P. I. Cap.* 5. cum *n.* 3. §. 3. *Cap.* 3. *P. III.* COD. MAX. CIV.

§. 135.

In peculio adventitio ordinario, vel regulari filiofamilias competit dominium, patri vero uſusfructus, & adminiſtratio. L. 6. C. *de bon. quæ lib.*

PRop. I. Hæc jura patri regulariter tamdiu competunt, quamdiu durat poteſtas patria. Ex ſpeciali tamen juris diſpoſitione §. 2. *inſt. per quas perſ.* facta etiam emancipatione patri, quamdiu vivit, competit dimidium uſusfructus, quoad bona autem materna tantum

Digitized by Google

tum in portione virili. L. 3. C. *de bon. matern.*

Scholion. Jus Bavaricum distinguit inter bona materna, & ea, quæ filiofamilias non ex parte matris accedunt, quoad ultima vult, ut soluta patria potestate ea indistincte liberis sint tradenda. Cod. Max. Civ. P. 1. C. 5. §. 5. *n.* 2. Quoad bona materna vero distinguit inter Siegelmässigen und unsiegelmässigen Personen. Priores retinent usumfructum ad dies vitæ, obligantur tamen ut ex hoc commodo pro officio patris ratione dotis, & aliorum liberis subveniant, posteriores vero bona materna liberis emancipatis indistincte tradere debent, quin aliquid pro præmio emancipationis jure exigant. Obligantur præterea utriusque generis parentes, ut intra annum a die mortis maternæ sub pœna arbitraria bona materna liberis designent, & quidem die Siegelmässige in præsentia agnatorum, & cognatorum, die Unsiegelmässige vero authoritate judiciali.

Prop. II. Pater pro se habet præsumtionem juris, quod bona filiorum non ad-

Digitized by Google

Digitized by Google

administret in eorum perniciem, quod non tanquam tutor, sed vi patriæ potestatis agit. L. ULT. §. 4. C. *de bon. quæ lib.*

COR. 1. Pater non obligatur ad inventarium conficiendum, sed ad consignationem privatam bonorum adventitiorum.

2. Si simul usumfructum habet, tutus est a redditione rationum, nec filiifamilias ratione istius administrationis gaudent jure hypothecæ in bonis parentum L. 6. §. 2. C. *de bon. quæ lib.*

3. Administratio tamen in casu malæ administrationis eidem adimi potest. STRYCK *Us. Modern. Pand. L.* 15. *tit.* 1. §. 14.

PROP. III. Ratione ususfructus immunis est a Cautione usufructuaria. L. 8. §. 4. C. *de bon. quæ lib.*

§. 136.

In potestate nostra sunt liberi, quos ex justis nuptiis procreavimus. pr. INST. *de Patr. potest.*

PROP. I. Patria potestas adquiritur per generationem ex justis nuptiis.

Prop.

Digitized by Google

PRop. II. Quod etiam in matrimonio putativo locum habet, modo pater fuerit in bona fide, quia tum filii sunt legitimi. C. 2. & 14. X. *qui filii sint legit.*

PRop. III. Patria potestas Civilis dicto modo non nisi in liberos legitimos adquiritur.

§. 137.

In liberos illegitimos patria potestas civilis adquiritur 1. Per nuptias cum matre illegitimi contractas, qui modus dicitur *legitimatio per subsequens matrimonium*, & quidem secundum Jus Romanum ratio introductæ legitimationis per subsequens matrimonium est sublatio concubinatus.

PRop. I. De Jure Romano per subsequens matrimonium non nisi liberi ex concubina nati legitimari possunt.

PRop. II. Ut constet de affectu maritali, requiruntur pacta dotalia. §. *fin. inst. de Nupt.*

SCHO-

Digitized by Google

1. tempore conceptionis.
2. requiritur, matrimonium initum fuisse a personis a personis alias non coniungibilibus
3. et solemnia ecclesiae fuere observata,
nam solemnia si non sunt observata, e.g. trina denunciatio, seu dispensatio, etiamsi matrimonium coram parocho factum filii nati sunt illegitimi.

Filius legitimus est, qui iusto tempore ex matrimonio secundum leges iuste nascitur. etiamsi contradicat pater et mater.
nam stat presumtio pro filio.
nisi a evidentia facti, nempe impotentia viri, vel absentia contrarium probatur, tunc enim cessat presumtio.

Google

Digitized by Google

SCHOLION. Quum ex principiis fidei Christianæ concubinatus sit sublatus, hodie non dantur amplius liberi naturales in sensu juris Romani; præterea de affectu matrimoniali jure hodierno ex solemnitatibus a jure canonico præscriptis constat: Pacta ergo dotalia ad legitimationem omnino non requiruntur; inde infero

Legitimatio per subsequens matrimonium quatenus formam suam a jure Romano habet ad fora nostra nullo modo est adplicabile.

§. 138.

Forma legitimationis de jure Romano, ac ejus ratio de jure hodierno non amplius locum habet, quærenda igitur est alia ratio, quam suppeditat Jus canonicum C. 6 X. *qui fil. sint legit.* his verbis: *tanta est vis matrimonii, ut, qui antea sunt geniti, post contractum habeantur legitimi.*

Digitized by Google

PRop. I. Ratio legitimationis per subsequens matrimonium est favor sacramenti, cum quo tanquam caussa effectus legitimationis connectitur.

COR. 1. Inter quorum parentes potest subsistere matrimonium, illi etiam per illud legitimantur.

2. Sublato impedimento etiam per illud legitimantur omnes nati ex damnato coitu. Dissentit COD. MAX. CIV. *P. I. Cap.* 5. §. 8. *n.* 3. ubi tantum legitimationem naturalium admittit.

PRop. II. Legitimatio supponit matrimonium verum, non putativum, quod enim nullum est, nullos etiam producit effectus, nisi pro se habeat specialem juris adsistentiam. v. gr. quoad legitimitatem.

PRop. III. Sufficit tamen matrimonium ratum.

PRop. IV. Præter matrimonium requiritur etiam consensus legitimandi, qui tamen præsumitur.

SCHOLION. Objiciunt contra Cor. 2. ex eodem capite VI. X. Responsionem vide apud ILL. BOEHMERUM *in Diss. de legitimatione natorum ex damnato coitu.* Tempore enim Alexandri III., sub quo hæc constitutio emanavit, ma-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

matrimonium inter adulterum, & adulteram generaliter erat interdictum, *præsertim*, si in vitam prioris conjugis quidpiam sunt machinati: consequenter Alexander III. aliter respondere non potuit, quam in dicto capitulo fecit. Innocentius autem III. postea C. 6. X. *de eo, qui duxit, &c.* legitimum matrimonium cum adultera statuit, modo promissio matrimonii, & insidiæ vitæ abessent. Quum ergo hoc loco matrimonium inter adulterum, & adulteram possit subesse, etiam liberi ex eo adulterio geniti legitimari poterunt.

§. 139.

Effectus legitimationis per subsequens matrimonium sunt, 1. quod per illud legitimati in omnibus æquiparentur legitime natis, ita, ut ipsis testimonia natalitia non tanquam legitimatis, sed legitime natis sint danda. 2. Operatur patriam potestatem. 3. Tollit maculam nativitatis.

Digitized by Google

§. 140.

In illegitimos patria potestas civilis adquiritur 2. *per legitimationem per rescriptum principis*, quod fit, si princeps declaret, se filium quemdam illegitimum etiam quoad jura patriæ potestatis velle habere pro legitimo; ad hoc requiritur de jure Romano

1. Ut legitimandi sint naturales liberi, non autem nati ex damnato coitu.

2. Ut propter impedimentum quoddam, vel mortem nuptias cum matre sobolis illegitimæ inire prohibeatur.

Cor. Unde tantum in subsidium locum habet.

3. Ut ipse Pater principem imploret.

4. Ut alios liberos legitimos non habeat, vel illi consentiant.

Scholion. Quoad primum, illud hodie cessare patet, ex §. 138. Cor. 1. & 2.

quoad

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

quoad ſecundum teſtatur STRYCK *in Uſ. Modern. Pand. L. 1. tit. 6. §. 17.* etiam hodie legitimationes a principe fieri viva concubina, vel matre prolis illegitimæ. Quod denique quartum attinet, illud hodie pariter extra omnem uſum eſt, quum Pater præter legitimam nil prorſus relinquere debeat legitimis, ſi ergo legitimi legitimam ſalvam habeant, nil ulterius poterunt conqueri. De jure Bavarico tamen omnia juris Romani requiſita locum habent. COD. MAX. CIV. *P. I. Cap. 5. §. 6. n. 1.*

§. 141.

Legitimatio per reſcriptum principis vel *plena* eſt, vel *minus plena*, prout vel jura patriæ poteſtatis tribuit, vel tantum maculam nativitatis tollit.

PROP. 1, Si nulli exiſtunt liberi legitimi, legitimati plene per reſcriptum principis obtinent, jura familiæ, & ſucceſſionis. CEL. HELLFELD *Jurispr. for. L. I. tit. 6. §. 144.* non tamen

a) Succedunt in feudis.

b) In bonis primogenituræ.

c)

c) In fideicommissis familiæ.

PRop. II. Si vero adsint alii liberi legitimi, adquirunt jus succedendi, quatenus salva est reliquorum legitima (§. 140. Schol.)

PRop. III. Legitimatio plena operatur patriam potestatem.

PRop. IV. Tollit maculam nativitatis.

PRop. V. Legitimatio minus plena non alium producit effectum, quam sublationem maculæ nativitatis, quæ vel *mediata* est, vel *immediata*, prout vel ab ipso Imperante, vel a Comitibus palatinis fit.

PRop. VI. Legimatio minus plena omnibus illegitimis etiam invito patre ab Imperante concedi potest.

§. 142.

Adquiritur etiam patria potestas civilis in eos, qui nullo modo a nobis descendunt, quod fit mediante *adoptione*, quæ est actus solemnis, quo in locum liberorum adsumuntur, qui natura tales non sunt Adoptio est inventio juris Romani, qua

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

qua auxiliante ſuccurrebatur familiis ex defectu ſucceſſionis interituris, per hoc, quod illis, qui filiis deſtituebantur, permitteret, adſumtionem alterius cujusdam in locum filii.

PRop. I. Adoptio eſt actus ſolemnis.

PRop. II. Introducta eſt in ſolatium orbitatis.

PRop. III. Adoptio fit ad effectum patriæ poteſtatis.

PRop. IV. Imitatur naturam.

PRop. V. Per adoptionem quis adſumitur in locum liberorum.

SCHOLION. Differt adoptio a *jure alumnatus*, ſeu *tutela occupatitia*, per quam liberi alieni, & præcipue expoſiti adſumuntur in clientelam paternam: nam quum expoſiti habeantur pro emancipatis, non operatur patriam poteſtatem, 2. Pater hic nutricius a magiſtratu conſtitutus eſt tutor, ſin minus, pro protutore eſt habendus: Jus ergo alumnatus non alia jura tribuit, quam ea tutoris, vel protutoris.

§.

Digitized by Google

§. 143.

Adoptio est actus solemnis (§. præc. prop. 1.) *actus* autem *solemnis* vocatur, qui in judicio est peragendus.

Cor. Adoptio debet peragi in judicio, & quidem, si adoptio in specie sit, coram magistratu, si vero arrogatio, coram principe. Jus Bav. tamen arrogationes etiam coram judice ordinario permittit. Cod. Max. Civ. *P. I. Cap.* 5. §. 10. n. 3.

§. 144.

Adoptio est introducta in solatium orbitatis (§. 142. Prop. 2.)

Cor. Illi solum adoptare possunt, qui propter ætatem liberos sperare nequeunt.

2. Si dispensatio non fuerit facta, adoptans ad minimum 60. annos natus esse debet.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 145.

Adoptio fit ad effectum patriæ potestatis (§. 142. Prop. 3.)

Cor. 1. Illi solum possunt adoptare, qui patriæ potestatis sunt capaces.

2. Fœminæ non possunt adoptare.

§. 146.

Adoptio imitatur naturam (§. 142. Prop. 4.)

Cor. 1. Illi tantum adoptare possunt, qui natura generationis sunt capaces, ergo non

a) Castrati.

b) Impuberes.

c) Bene vero spadones, & Clerici.

2. Illi solum adoptare possunt, pro quibus est præsumtio amoris paterni.

a) Pauper non potest adoptare divitem.

b) Nec tutor pupillum ante rationes redditas.

3. Qui adoptat, debet adoptivum posse habere filium.

a)

Digitized by Google

a) Adoptans adoptivo plena pubertate major esse debet.

b) Si quis aliquem adoptet in locum nepotis, ad minimum 36. annis debet esse natu major adoptivo.

§. 147.

Per adoptionam quis adsumitur in locum filii (§. 142. Prop. 5.)

Cor. 1. Adoptio non potest fieri ad certum tempus.

2. Nemo potest adoptari tanquam pater frater, vel pupillus.

3. Bene vero in locum nepotis, ubi tamen requiritur consensus filii, si quis adsit, eoquod ille hæredem necessarium accipit.

§. 148.

Adsumitur autem in locum filii vel homo sui juris, *arrogatio*, vel alieni juris, *adoptio in specie*.

Prop. Quæ præcedentibus §§. de adoptione in genere dicta sunt, etiam

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

etiam ad arrogationem adplicari debent, ſpecialia vero ex qualitate hominis ſui juris ſunt deducenda: ergo

1. Arrogationes a principe confirmari debent, non autem jure Bavarico, ubi ſufficit confirmatio judicis ordinarii.

2. Quum per arrogationem quis ex perſona ſui iuris fiat alieni juris, requiritur conſenſus arrogandi.

Cor. Videmus inde, cur jure antiquo arrogatio impuberum fuerit prohibita, quam tamen Antoninus Pius permiſit ſub his requiſitis, ſc.

a) Prævia cauſſæ cognitione.

b) Adhibito conſenſu tutorum.

c) Et eorum omnium, quorum intereſt.

d) Cautione ab arrogante præſtita 1. de hæreditate arrogati impuberis, ſi ante annos impubertatis decedat, ſucceſſoribus ab inteſtato reſtituenda. 2. De relinquenda quarta bonorum ſuorum parte in caſum injuſtæ exhæreditationis, vel emancipationis: quarta hæc vocatur *quarta piana*, ſeu *quarta D. Pii.* Cum his conſentit Jus Bav. vi Cod. Max. Civ. *P. I. Cap.* 5. §. 10. *n.* 8.

§.

Digitized by Google

§. 149.

Effectus arrogationis sunt

1. Operatur patriam potestatem.
2. Tribuit omnia jura familiæ, quæ a potestate arrogantis dependent.

Cor. Non ergo jura sanguinis e. g. nobilitatem.

3. Arrogatus succedit in omnia bona, super quibus arrogans pro arbitrio potest disponere.

Cor. Arrogatus non succedit in feudis fideicommissis, bonis primogenituræ, &, præterea in iis omnibus, quæ restitutioni sunt obnoxia.

§. 150.

Per adoptionem in specie homo alieni juris adsumitur in locum filii (§. 148.)

Prop. I. Adoptio in specie est mutatio patriæ potestatis.

Prop. II. Non omnis adoptio in specie tribuit jura patriæ potestatis.

Cor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Cor, Inde ejus divisio in *plenam*, quæ jura patriæ potestatis tribuit, & *minus plenam*, quæ tantum tribuit jus succedendi ab intestato.

1. Plene solum adoptant adscendentes minime vero extranei, aut collaterales.
2. Minus plene etiam fæminæ adoptare possnnt.
3. Adoptio minus plena tantum tribuit jus succedendi ab intestato.

a) Inde liberi minus plene adoptati manent sub patria potestate civili patris naturalis.

b) Si in testamento adoptantis vel prætereantur, vel exhæredentur, quærelam nullitatis, vel inofficiosi nequeunt instituere.

§. 151.

Transimus ad modos, quibus patria potestas civilis definit, quæ patriæ potestatis dissolutio, vel *necessaria* est, vel *voluntaria*. Ad necessariam refertur

1. Mors naturalis filii.
2. Mors naturalis patris, si pater sui juris sit, si vero pater adhuc sit

sit sub potestate avi, etiam filii ab ejus potestate non aliter liberantur, nisi morte avi.

3. Mors filii civilis.

4. Mors patris civilis, ad quam refertur

a) Professio religiosa.

b) Bannum imperii.

5. Adoptio in specie plena, non vero arrogatio, aut adoptio in specie minus plena.

6. Nuptiæ, respectu filiarum.

7. Abusus potestatis patriæ.

§. 152.

Volente patre patria potestas dissolvitur vel emancipatione, vel de jure hodierno institutione separatæ œconomiæ. *Emancipatio* est actus, quo pater liberos in potestate sua existentes ab ea dimittit, quæ vel *Vetus* est, vel *Anastasiana*, vel *Justinianea*: & filii eo modo ex potesta-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

testate patria dimissi vocantur *emancipati.*

PROP. I. Emancipatio vetus omnino ab usu recessit, anastasiana vero tunc tantum locum habet, si fiat coram Comite palatino, Justinianea tamen adhuc est frequentior. In Bavaria tamen bey Siegelmässigen emancipatio fit unter eigener Fertigung, bey Unsiegelmässigen coram judice ordinario COD. MAX. CIV. *P. I. Cap.* 5. §. 7. *n.* 3.

PROP. II. Emancipati per emancipationem fiunt sui juris ex voluntate patris.

COR. 1. Sibi adquirunt.

2. Pro lubitu uxorem ducunt.

3. Testamenta faciunt.

4. De jure communi in peculio adventitio retinent dimidium ususfructus, altera pars patri cedit in præmium emancipationis.

5. Profectitium, si pater non adimit, præsumitur ipsis esse donatum.

PROP. III. Emancipatio est vel *generalis*, vel *specialis*, prout filius quoad omnes actus futuros a patria potestate dimittitur, vel quoad actum specialem.

Digitized by Google

Cor. In emancipatione ſpeciali filiusfamilias quoad omnes reliquos actus manet filiusfamilias.

Prop. IV. Patria poteſtas per emancipationem tantum eatenus ſolvitur, quatenus eſt oneri liberis, non vero quatenus inde commodum habent. Cel. Hellfeld *Jurispr. for. L. I. tit.* 7. §. 162.

Cor. 1. Retinent jura familiæ, & ſanguinis.
2. Jura ſucceſſionis.
3. Hæreditatem ipſo jure adquirunt.

Prop. V. Per eam non tolluntur jura patriæ poteſtatis naturalis.

Prop. VI. Emancipati ſunt diſtinquendi a *liberis ſeparatis*, qui certa portione ipſis judicialiter adſignata ab ulteriore parentum ſucceſſione excluduntur. Inde

1. Separatio non debet extendi ultra ſucceſſionem.

2. Manent ſub poteſtate patria.

3. Illis bona parentum neque creſcunt, neque decreſcunt.

§.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 153.

Moribus Germaniæ, & ſpeciatim de jure Bav. vi Cod. Max. Civ. *P. I. C.* 5. §. 8. *n.* 4. patria poteſtas etiam ſolvitur *inſtitutione ſeparatæ œconomiæ*, quæ eſt actus, quo liberi eum arripiunt ſtatum, in quo ſeorſim rerum ſuarum curam pro ſuo arbitrio gerunt, & ex propriis ſe ſuſtentant.

Prop. I. Liberi, qui ſeparatam œconomiam volunt inſtituere, debent eſſe inſtructi debitis requiſitis

1. Debent eſſe tales, ut rerum ſuarum curam gerere poſſint, atque ea adquirere, ex quibus ſe congrue ſuſtentare queunt.

a) Qui curam rerum ſuarum gerere nequeunt, pariter nequeunt inſtituere ſeparatam œconomiam.

α) Debent eſſe majorennes, nec prodigi.

b) Uti & qui non habent, unde ſe ſuſtentent.

Prop. II. Ut Separata œconomia hunc effectum habeat, debet eſſe legitime inſtituta.

Digitized by Google

1. Absque consensu patris separata œconomia institui nequit, quia de ipsius præjudicio agitur, & filii, quamdiu sub patris potestate sunt, sine ejus consensu nil facere possunt.

2. Pater tamen justam dissensus sui caussam addere obligatur, si filii sint majorennes.

3. Hic tamen consensus non præcise judicialiter est declarandus.

SCHOLION I. Dignitas, & munus publicum, nisi institutio separatæ œconomiæ accedat, præsertim de JURE BAV. non tollit jura patriæ potestatis. COD. MAX. CIV. *P. I. Cap.* 5. §. 7. *n.* 5.

SCHOLION II. Quum institutio separatæ œconomiæ sit species emancipationis, ita, ut eam DD. communiter emancipationem tacitam dicant, quæ de emancipatione dicta sunt §. præc. etiam ad institutionem separatæ œconomiæ adplicari debent.

CA-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google